
II



Nicolson

Merrill, Philipp. J. Sci. 19: 328-388. 1921.

C. E. RAPPAPORT
LIBRI RARI
ROMA

Pritzel 1396

Burmannus

NICOLAI LAURENTII BURMANNI

FLORA INDICA:

CUI ACCEDIT

SERIES ZOOPHYTORUM INDICORUM,

NEC NON

PRODROMUS FLORAE CAPENSIS.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM HAEK.
AMSTELAEDAMI,
Apud JOHANNEM SCHREUDERUM.
MDCCLXVIII.

PARENTI OPTIMO

JOANNI BURMANNO

STUDIORUM

SUORUM

DUCI

SACRUM.

PROOEMIUM.

Singulari modo proſpexit natura ſtirpium diſtributioni, quod plures regiones propriis ſuis ſuperbiant plantis, quae morbis illic terrarum praecipue graſſantibus adverſae obſervantur, cumque harum cognitio non tantum curioſitatis cauſſa, ſed ob utilitatem inde redundantem quam maxime iis neceſſaria ſit, qui in morborum curatione fauſto eventu procedere conantur, optime fecerunt illi, qui accurata ſcrutatione obſervationes deſcripſerunt, virtutesque plantarum, in ſingularibus morbis valde laudatas, cum orbe erudito communicarunt, in quibus Veteres, prae caeteris feliciores, maximum nobis attuliſſent lumen, ſi per notas ſpecialiores rite demonſtraſſent ſtirpes, quarum vires in quibusdam caſibus experti fuerant, hi vero cum florum ac fructuum characteres ſaepe neglexerint, incertum nec ſatis diſtinctum in plurimis nobis reliquerunt intellectum, & paucis exceptis magis Pharmaceutici quam veri Botanici dicendi ſunt.

Hac itaque in re hujus aevi Botanici, poſteritati melius conſulentes, noſtro tempore Floras exhibere inceperunt, in quibus plantae, certis in regionibus & locis obviae, penitus neglectae vel incognitae, in claram exponuntur lucem, & orbi Botanico ſecundum ſyſtematicum ordinem diſtribuuntur, ſique Hodoeporici hac in re laudabile ſcrutinium, quod Nobiliſſimus *Rheedius* in accuratiſſimis plantarum Indicarum delineationibus, & *Georgius Everhardus Rumphius* in immenſi laboris deſcriptionibus collocarunt, ſequi vellent, fieri non aliter poſſet, quin ex remotiſſimis Orbis plagis plurimae detegerentur

 ſtir-

ſtirpes, quae ſummum humano generi adferrent emolumentum, optandumque eſſet, ut plures, per nobile Regis Danici & Suecici inſtitutum incitati, in commune bonum id ſequerentur, & hiſtoriae naturalis ex profeſſo periti in diſſitas & nondum accurate exploratas terras mitterentur, qui reliqua, quae globi terreſtris ſinu abdita proferuntur, in publicam emitterent lucem; hinc non a re alienum exiſtimavi, ſi ex Indicarum plantarum theſauro, quem ſubſecivis horis ſaepius perluſtravi, Floram quamdam deſcriberem, in qua plantae, barbaris incolarum nobisque incognitis nominibus tantum indigitatæ, more Botanicis conſueto exponerentur, &, quantum ex ſicco Herbario licitum, aequis & peritis Hiſtoriae Naturalis cultoribus exhiberentur.

Hinc vagas plantas in ordinem diſponere, cum figuris & deſcriptionibus auctorum comparare, obſcuras & incognitas illuſtrare incepi, obſtupuique, cum ingentem rariſſimarum numerum, & incognitarum ſyllogen viderem, quas cariſſimus meus Parens, harum deliciarum amantiſſimus & expertiſſimus, ſingulari fortuna & induſtria per dimidiam fere ſeculi partem collegit, obtinuitque ex Collectionibus vaſtiſſimis praeſtantiſſimorum Botanicorum, *Piſonis*, *Hermanni*, *Garcini*, *Breynii*, *Oldenlandi*, *Harthogii*, *Kleinhovii*, *Outgaerdenii*, *Pryonis*, quorum favore & beneficio pulcherrimam & locupletiſſimam hanc collectionem poſſidemus, quique materiem huic Florae ſubminiſtrarunt, quam methodice, uti peritis mox conſtabit, & quidem ſecundum normam ſyſtematis magni & immortalis *Linnæi*, (Praeceptoris mei eo, quo Upſaliae verſatus ſum, tempore honoratiſſimi &

fa-

familiariſſimi, qui ſuas obſervationes circa nonnullas plantas mecum communicavit,) digeſſi & diſpoſui, adnexis eximiorum Auctorum ſynonymis, & rariſſimarum plantarum deſcriptionibus, quaeque novae & antea numquam vel obſcure delineatae fuerunt, iconibus illuſtravi, quum ſolae deſcriptiones in Botanicis, licet exactae & prolixae, lectoribus haud claram ſtirpis formam exprimant: quum vero plures ex ſpeciminibus, quorum quædam ante ſeculi dimidium ſub torrida zona exſiccata fuere, deſumſerim, hinc factum eſt, ut in nonnullis, quae nimis arida nec extricanda oculorum aciem aufugiebant, fructificationum partes non tam rite, quam quidem exoptaveram, lectoribus meis conſpiciendas praebere potuerim.

Porro adnexa eſt Indiae Orientalis Zoophytorum ſeries, „quae *Cl. Pallas* vocavit plantas quaſi animatas, vel ani„malia in plantae formam excreſcentia, & alias plantarum „partes quoque affectantia, hinc Plantae-formia vel Plant-Animalia dicenda, in quibus animalem indolem cum Vegetabilis habitu conjunxit natura, mixtamque formam & compagem inter plantas & animantia mediam habent; quae Zoophyta ad plantarum marinarum claſſem a priſtinis Botanicis relata, ex creſcendi forma, quam fruticum inſtar in pelagis monſtrant, nominibus, ad plantas terreſtres accedentibus, indigitata fuere, licet ſagaciſſimus *Rumphius*, cujus perſpicuitatem non tantum in vegetabili ſed & in animali regno cum admiratione perluſtramus, ſuo tempore jam haeſitaſſe videatur, ad quaenam regna forent referenda, quum in ejus Muſaeo L. I. c. 37. cruſtaceis & teſtaceis tertium ſubjunxerit ordinem.

Zoo-

Zoophyta continentem, quorum plurima in Ejus Amboinenſi Herbario t. 6. l. 12. deſcribuntur.

Haec vero cum reliquis variorum auctorum & regionum Zoophytis in ordinem ſyſtematicum eleganter ad genera & ſpecies retulit indefeſſo labore exercitatus admodum, & Zoologorum peritiſſimus ſcrutator, cum maxime Petropoli Profeſſor clariſſimus P. S. Pallas, in Zoophytorum Elencho, cujus ductum in ſerie mea ſecutus ſum.

Denique Florae huic addidi Florae Capenſis prodromum, in quo prae reliquis recenſentur plantae, quae ab *Oldenlando* in Promontorio Bonae Spei collectae in ejus herbario occurrunt: Cum vero multae culinares & Europeae aliis inmixtae conſpiciantur, dubitandum, num omnes pro nativis habendae, an potius per ſemina illuc allatae vel ſola culturae ope propagatae fuerint; Illarum tantum generica nomina cum trivialibus, additis quorumdam Iconographorum teſtimoniis, recenſui, quae vero nuſquam expreſſae inveniuntur, eas breviter per concinnas deſcriptiones delineare conatus fui, cumque a longo abhinc tempore quotannis novae raraeque in ipſis Promontorii locis collectae plantae, beneficio Gubernatorum tam per ramulos quam per ſemina & bulbos afferantur, non inutile me facturum exiſtimavi, ſi in poſterum accuratiori examini ſubjicerem eas, quas prodigioſo naturae proventu terra illa profert, quaeque peculiari facie & ſingulari duriuſculo habitu ſe ab omnibus aliis plantis plerumque diſtinguunt.

Hiſce interim utimini, Lectores Benevoli, donec plena harum ſtirpium Flora in lucem prodeat, in qua recenſitae ad genera referentur, & obſcurae, favente ſummo Numine, clarius exponentur.

FLO-

FLORA INDICA.

MONANDRIA MONOGYNIA.

CANNA (*indica*) foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis. *Linn. ſp.* 1. *Fl. zeyl.* 1. *Roy. lugdb.* 11. *n.* 1.
Canna indica rubra. *Beſl. eyſt. aut. ord.* 2. *f.* 1. 2.
Canna indica, flore rubro punctato. *Merian. floril. t.* 18. *Surin. t.* 41. *Weimann.* 37. *t.* 297. 298. *Swert. flor.* 2. *t.* 32. *Moriſ. hiſt.* 250. *ſ.* 8. *t.* 14. *f.* 1.
Cannacorus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 2.
Cannacorus latifolius vulgaris. *Tourn. inſt.* 367. *Burm. zeyl.* 53.
Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19.
Katu-bala. *Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43.
Meeru. *Piſo. ind.* 212. *f.* 1.
Habitat inter Tropicos Aſiæ, Africæ, Americæ.
Variat floribus croceis, punctatis, & flavis.

AMOMUM (*Zingiber*) ſcapo nudo, ſpica ovata. *Linn. ſp.* 1. *Fl. zeyl.* 3. *Roy. lugdb.* 12. *n.* 1.
Zingiber majus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 156. *t.* 66. *f.* 1.
Zingiber anguſtiore folio fœmina utriusque Indiæ alumna. *Plukn. alm.* 397. *Burm. zeyl.* 235.
Zingiber. *Bauh. pin.* 35. *Brown. jam.* 119. *Pom. drog.* 61. *f.* 1.
Caſſamuniar officinarum. *Petiv. gazoph.* 1. *t.* 27. *f.* 1.
Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12.
Creſcit in utraque India.

AMOMUM (*Zerumbet*) ſcapo nudo, ſpica oblonga obtuſa aphylla. *Linn. ſp.* 1. *Fl. zeyl.* 2. *Roy. lugdb.* 12. *n.* 2. *Mill. ic. n.* 5. *t.* 26. *Ehret. Pict. t.* 14. *f.* 1. *Brown. jam.* 113. *Pom. drog.* 61. *f.* 2.
Zingiber latifolium ſylveſtre. *Herm. lugdb.* 636. *t.* 637. *Burm. zeyl.* 234.
Zerumbet. *Petiv. gazoph. t.* 22. *f.* 3.
Lampujum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 148. *t.* 64. *f.* 1.
Katou-inſchi-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 27. *t.* 13.
Paco-ceroca. *Piſo. ind.* 213. *f.* 2.
Habitat in Java, Malabara, Zeylona, Jamaica.

AMOMUM (*Cardamomum*) ſcapo ſimpliciſſimo breviſſimo, bracteis alternis laxis. *Linn. ſp.* 2. *Fl. zeyl.* 4.
Amomum verum. *Petiv. gazoph. t.* 20. *f.* 2.
Cardamomum minus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 152. *t.* 65. *f.* 1.
Cardamomum Enſal dictum. *Burm. zeyl.* 54.
Elettari. *Rheed. mal.* 11. *p.* 9. *t.* 6.
Habitat in Indiæ umbroſiſſimis, cænoſis montium radicibus, & paludoſis locis.

COSTUS (*arabicus*) *Linn. ſp.* 2. *Fl. zeyl.* 5. *Roy. lugdb.* 11. *Hill. pl.* 149. *t.* 3. *Merian. ſurin.* 36. *t.* 36.
Coſtus arabicus. *Bauh. pin.* 36.
Coſtus indicus Violæ martiæ odore. *Burm. zeyl.* 78.
Zingiber ſylveſtre majus, fructu in pediculo ſingulari. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 165. *t.* 105. *f.* 2.
Amomum minus, ſcapo veſtito, floribus ſpicatis. *Brown. jam.* 113.
Alpinia floribus ſpicatis, bracteis ovalibus. *Jacq. amer.* 11.
Tſiana-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 15. *t.* 8. quæ optime cum miſſa ex Java planta convenit.
Paco-caatinga. *Marcgr. braſ.* 48.
Zerumbed? *Rumph. amb.* 5. *p.* 172. *t.* 68.
Habitat in utraque India.

MARANTA (*Galanga*) culmo ſimplici. *Linn. ſp.* 3. foliis lanceolatis ſubſeſſilibus.
Galanga. *Rumph. amb.* 5. *p.* 143. *t.* 63. *Piſo. ind. mant.* 191. *Burm. zeyl.* 102. *Cluſ. arom.* 1. *p.* 211.
Habitat in Indiæ locis ſaxoſis.

MARANTA (*malaccenſis*) culmo ſimplici, foliis ovatis, petiolatis.
Galanga malaccenſis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 1.
Habitat in Malacca.

Culmus in noſtra planta erectus villoſus, (nec glaber uti in *Rumph.* figura) floribus duodecim alternis. Folia e viridi tomentoſa, lineata inſtar *Cannæ.*

CURCUMA (*rotunda*) foliis lanceolato-ovatis, nervis lateralibus rariſſimis. *Linn. ſp.* 3. *Fl. zeyl.* 6. *Roy. lugd.* 12. *n.* 1.
Curcuma. *Rumph. amb.* 5. *p.* 162. *t.* 67.
Curcuma foliis latioribus & rotundioribus. *Breyn. prod.* 2. *p.* 40.
Curcuma radice rotunda. *Burm. zeyl.* 84.
Manja-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 19. *t.* 10.
Per totam Indiam in hortis colitur cum ſubſequente.

CUR-



1 BOERHAVIA *diandra*.
2 ——————— *erecta*.

CURCUMA (*longa*) foliis lanceolatis, nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Linn. ſp.* 3. *Fl. zeyl.* 7. *Roy. lugdb.* 12. *n.* 2.
Curcuma radice longa. *Herm. lugd.* 208. *t.* 209. *Burm. zeyl.* 83.
Manjella-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 11.

KÆMPFERIA (*Galanga*) foliis ovatis ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 3. *Fl. zeyl.* 8. *Roy. lugdb.* 12.
Aro orchis tuberoſa platyphyllos. *Burm. zeyl.* 33. *t.* 13. *f.* 1.
Calceolus philippenſis pumila, plantaginis folio, radice alexipharmaca. *Petiv. gazoph.* 29. *t.* 19. *f.* 7.
Sonchorus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 173. *t.* 69. *f.* 2.
Wanbom. *Kæmpf. amoen.* 901. *t.* 902.
Colchicum indicum platyphyllum, radice tuberoſa, Carlinæ odore & ſapore, flore albo. *Herm. zeyl.* 54.
Katsjula-kelengu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 81. *t.* 41.
Hortorum indigena, raro extra eos reperitur.

KÆMPFERIA (*rotunda*) foliis lanceolatis petiolatis. *Linn. ſp.* 3. *Fl. zeyl.* 9.
Zedoaria rotunda. *Bauh. pin.* 36. *H. Beaumont.* 14.
Colchicum zeylanicum, flore, violæ odore & colore, ephemero. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 646.
Malan-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 17. *t.* 9.
In montanis Indiæ locis habitat.

BOERHAVIA (*diffuſa*) caule diffuſo. *Linn. ſp.* 4. *Fl. zeyl.* 10. *Roy. lugdb.* 234. *n.* 1.
Boerhavia ſolanifolia major. *Vaill. ſerm.* 51.
Valerianella curaſſavica, ſemine aſpero viſcoſo. *Herm. par.* 237. *t.* 237.
Thalictro affinis indica Alni folio, ſemine ſtriato aſpero. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 101.
Antaniſophyllum ſolanifolium majus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 190.
Herba indica, foliis ſubrotundis, floſculis plurimis ſimul cyathiformibus, vaſculo oblongo. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 390.
Habitat in arenoſis Indiæ locis.

BOERHAVIA (*diandra*) glabra diffuſa, floribus diandris. *Linn. ſp.* 4. ubi deſcr. *Tab.* 1. *f.* 1.

BOERHAVIA (*erecta*) caule erecto glabro. *Linn. ſp.* 3. *Tab.* 1. *f.* 2.
Boerhavia, Solanifolia, erecta, glabra. *Amm. herb.* 241.
Talu-dama. *Rheed. mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56.
Ex Java ſæpius miſſa ſpecimina caule glabro ac pubeſcente differunt.

NYCTANTHES (*arbor triſtis*) caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compreſſis. *Linn. ſp.* 8. *Fl. zeyl.* 11.

Arbor triſtis myrto ſimilis. *Bauh. pin.* 469. *Plukn. phyt.* 46. *t.* 262. *f.* 4. *almag.* 46. *Cluſ. arom. l.* 2. *p.* 225. *f.* 1. *Burm. zeyl.* 33. *Grim. lab. zeyl.* 116.

Manja-pumeran. *Rheed. mal.* 1. *p.* 35. *t.* 21.

In Zeylona, Malabara & Java frequens.

NYCTANTHES (*Sambac*) foliis inferioribus cordatis obtuſis, ſuperioribus ovatis acutis. *Linn ſp.* 8. *Fl. zeyl.* 12. *Roy. lugdb.* 398.

Jaſminum Limonii folio conjugato. *Burm. zeyl.* 128. *t.* 58. *f.* 2. *Angl. hort. catal. t.* 7.

Jaſminum, ſeu ſambac arabum, folio acuminato. *Till. piſ.* 87. *t.* 31.

Jaſminum arabicum. *Cluſ. cur.* 3. *t.* 3.

Syringa arabica, foliis mali aurantii. *Bauh. pin.* 398.

Flos manoræ. *Rumph. amb.* 5. *p.* 52. *t.* 30.

Katu-tsjiregam-mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 95. *t.* 54.

Dauen-malati Portug. Javanis.

Differt flore pleno, ut ex miſſis ſpeciminibus, variisque auctorum tabulis conſtat, tum & foliis alternis & oppoſitis, creſcit in plurimis Indiæ locis, & colitur in hortis.

NYCTANTHES (*undulata*) foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus, pedunculis axillaribus. *Linn. ſp.* 8.

Jaſminum indicum, flore polypetalo exalbido, fructu minori. *Raj. hiſt.* 1601.

Tsjiregam mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 97. *t.* 55.

Folle-Aaros Javanis.

Creſcit in India & ob gratiſſimum florum odorem colitur.

Ex iis nectunt fæminæ coronas feſtales, inunguntque caput oleo, quod paratur ex floribus.

NYCTANTHES (*hirſuta*) petiolis pedunculisque villoſis, floribus corymboſis. *Linn. ſp.* 8.

Rava-pu. *Rheed. mal.* 4. *p.* 99. *t.* 48.

Habitat in India, at in Malabara non occurrit, niſi culta.

Circa noctem flores ſeſe aperiunt, & oriente ſole decidunt.

Tab. 2. NYCTANTHES. (*triflora*) foliis alternis, ramulorum oppoſitis ovatis, pedunculis terminalibus ternis, pedicellis unifloris.

Jaſminum javanicum *Dni. Garcin.*

Habitat in Java.

Caulis fruticoſus teres glaber, ramulis oppoſitis divergentibus. *Fol.* caulina alterna, ſubpetiolata lanceolata ovata integerrima glabra ſubtus fuſca, ramea oppoſita. *Pedunc.* ramei terminales terni, pedicellis unifloris. *Cal* tubuloſus ſexfidus, ſegmentis linearibus breviſſimis. *Cor.* ſæpius quinque partita, longitudine pedicellorum.

NYC-



NYCTANTHES *triflora*

2



NYCTANTHES triflora

NYCTHANTHES (*multiflora*) pedunculis multifloris terminalibus, foliis ovatis. *Tab. 3. f. 1.*
Jaſminum chinenſe rotundifolium *Dni. Kleynhof*, a quo miſſum.
Nalla-mulla. *Rheed. mal. 6. p. 87. t. 50.*
Habitat in China, & Malabara.

Caul. fruticoſus ſolidus erectus teres pubeſcens ramoſus. *Fol.* oppoſita petiolata ovata integerrima glabra. *Fl.* terminales capitati. *Cal.* ſexfidus villoſus, laciniis linearibus. *Cor.* tubus calyce duplo longior, limbus ſexfidus aliquando ſeptemfidus.

NYCTANTHES. (*anguſtifolia*) foliis lanceolatis obtuſis ovatisque. *Linn. ſp.* 8. pedunculis terminalibus geminis.
Jaſminum indicum anguſtifolium, fructu gemino. *Tourn. inſt.* 598.
Jaſminum indicum, flore polypetalo candido, oris rufeſcentibus. *Raj. hiſt.* 1602.
Katu-pitsjegam mulla. *Rheed. mal. 6. p. 93. t.* 53.
Creſcit in Java & Malabar.

NYCTANTHES. (*acuminata*) foliis lanceolatis acuminatis, pedunculis bigeminis, bifloris.
Jaſminum indicum, folio oblongo, flore albo pleno odoratiſſimo. *Burm. zeyl.* 129. *t.* 59.
Syringa malabarica lacteſcens, flore pleno niveo odoratiſſimo. *Amman. char. pl.* 483.
Flos manilhanus. *Rumph. amb. t.* 4. *p.* 87. *t.* 39.
Nandi-ervatam major. *Rheed. mal.* 2. *p.* 105. *t.* 54.
In Java, Malabara, Zeylona indigena, tranſlata a Portugallis ex Manilhis in Amboinam.

Pedunculi terminales & axillares. Differt flore pleno & ſimplici, tranſmittitur ſub nomine *Folla-Martega.*

JASMINUM. (*officinale*) foliis oppoſitis pinnatis. *Linn. ſp.* 9. *Ry .ugdb.* 397. *n.* 1.
Jaſminum vel Gelſeminum, flore albo candido odorato. *Beſl. eyſt. æſt.* 11. *p.* 2. *Lob. hiſt.* 542. *icon.* 106. *J. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 101.
Jaſminum vulgatius, flore albo. *Bauh. pin.* 397. *Duham. arb.* 309. *t.* 122.
Ex India huc allata, nunc fere indigena in noſtris hortis ubique colitur cum grandifloro, qui fragantis odoris ab hac differt caule erecto.

JASMINUM (*grandiflorum*) foliis oppoſitis pinnatis, foliolis extimis confluentibus. *Linn. ſp.* 9. ubi vid. deſcr.
Jaſminum humilius, magno flore. *Bauh. pin.* 397. *Merian. t.* 46.
Gelſeminum catalonicum. *Camer. epit.* 37. flore albo. *Beſl. eyſt. æſt.* 11. *p.* 2.

Jaſminum hiſpanicum, magno flore externe rubente. *J. Bauh. hiſt. t.* 2. *p.* 101. *Angl. Hortul. cat. t.* 7.
Pitsjegam-mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 91. *t.* 52.
Creſcit in utriusque Indiæ locis arenoſis, in hortis noſtris vulgare.

JASMINUM (*azoricum*) foliis oppoſitis ternatis. *Linn. ſp.* 9. *Roy. lugdb.* 396. *n.* 2.
Jaſminum azoricum trifoliatum, flore albo odoratiſſimo. *Commel. hort.* 1. *p.* 159. *t.* 82.
Jaſminum album trifoliatum, flore magno. *Plukn. alm.* 195. *t.* 303. *f.* 1.
Jaſminum ſylveſtre triphyllum, floribus rubellis umbellatis. *Burm. zeyl.* 127. *t.* 58. *f.* 1.
Creſcit in variis Indiæ locis, frequens in hortis.

Differt caule ſulcato & foliorum magnitudine.

JASMINUM. (*odoratiſſimum*) foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis teretibus. *Linn. ſp.* 10. *Roy.* 397. *n.* 4.
Gelſeminum Indicum flavum odoratiſſimum. *Ferrar. cult. t.* 93.
Jaſminum flavum odoratum. *Barr. ic.* 62.
Habitat in India, teſtibus *Ferrario* & *Barrelerio.*

Tab. 3. *f.* 2. JASMINUM (*oblongum*) foliis oppoſitis ſimplicibus, pedunculis alternis axillaribus unifloris.
Jaſminum javanicum. *Herb. Garcin.*
Habitat in Java.

Rami teretes, ſimpliciſſimi, *Fol.* oppoſita petiolata ovalia integerrima cum acumine glabra. *Pedunc.* axillares alterni uniflori. *Fl.* lutei minores quam in odoratiſſimo.

OLEA (*indica*) foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis.
Olea indica *Dni. Kleynhof*, a quo 1758. ex Java miſſa; quæ vix differt ab Europæa.

CHIONANTHUS. (*zeylonica*) pedunculis paniculatis multifloris. *Linn. ſp.* 11. *Fl. zeyl.* 14. *Duham. arb.* 165. *t.* 63.
Arbor zeylanica, Cotini foliis ſubtus lanugine villoſis, floribus albis cuculi modo laciniatis. *Plukn. alm.* 44. *t.* 241. *f.* 4. *Raj. dendr.* 3. *p.* 124. *Burm. zeyl.* 31.
Ghaeriethaghas. *Herb. Herm.* ſeu arbor bovina. *Muſ. zeyl.* 23 & 33. *Burm. zeyl.* 105.
Habitat in Zeylona.

JUSTI-



1. *NYCTANTHES multiflora.*
2. *JASMINUM oblongum.*
3. *AZALEA rosmarinifolia decandra.*

JUSTICIA (*Adhatoda*) arborea, foliis lanceolatis ovatis, bracteis ovatis perſiſtentibus, corollarum galea concava. *Linn. ſp.* 20. *Fl. zeyl.* 16. *Roy. lugdb.* 291. *no.* 1.
Adhatoda zeylanenſium. *Herm. lugdb.* 642. *t.* 643. *Plukn. alm.* 9. *t.* 173. *f.* 3. *Burm. zeyl* 6.
Arbor indica, cujus cortex fœtum extrahit. *Herm. muſ. zeyl. p.* 23.
Ecbolium zeylanenſium, foliis laurinis. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 59. ubi deſcr.
Ecbolium. *Rivin. mon.* 129.
Habitat in Zeylona & Java, unde ſæpius miſſa, in hortis vulgaris.

JUSTICIA (*Ecbolium*) arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis deciduis mucronatis, corollarum galea reflexa. *Linn. ſp.* 20. *Fl. zeyl.* 17.
Adhatoda ſpica longiſſima, flore reflexo. *Burm. zeyl.* 7. *t.* 4. *f.* 1.
Adhatoda floris labio ſuperiore anguſtiſſimo, & ad poſteriora reflexo. *Tourn. inſt.* 175.
Arbor zeylanica, floribus cæruleis in ſpica diſpoſitis. *Herm. Muſ. zeyl.* 33.
Curimi forte prima ſpecies e Madaraſpatan. *Plukn. alm.* 126. *t.* 171. *f.* 4.
Adhatoda zeylanica, plantaginis folio. *Herb. Garcin.*
Carim-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 31. *t.* 20.
Invenitur præcipue in Malabara & Zeylona.

Floret quotannis in horto, maturaque profert ſemina, *Caul.* ſuffruticoſus, bipedalis, *Cor.* caduca albicans nunquam cærulea, uti in naturali ſolo.

JUSTICIA (*infundibiliformis*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis quaternis, bracteis lanceolatis ciliatis. *Linn. ſp.* 21. imbricatis, pedunculis longiſſimis.
Herba fruticoſa indica, foliis ad genicula quaternis, ſpicis ſquamoſis, flore monopetalo, labio tripartito, capſulis oblongis. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 402.
Manja-kurini. *Rheed. mal.* 9. *p.* 121. *t.* 62.
Creſcit in Malabar & Java, unde tranſmiſſa ſub nomine *Tryba-Japan*, quaſi ex Japan allata.

Fl. lutei vel aurantii, deſcripti. a. *Linn. in ſpec.*

JUSTICIA (*picta*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis pictis, corollis fauce inflatis. *Linn. ſp.* 21.
Folium bracteatum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 73. *t.* 30.
Periclymenum ſinenſe variegatum, flore ſanguineo amplo, Tjude-maram. *H. mal. Breyn. prodr.* 2. *p.* 89.
Periclymenum indicum, foliis maculatis latioribus. *Burm. zeyl.* 186.
Tsjude maram. *Rheed. mal.* 6. *p.* 111. *t.* 60.
Transfertur ex China & Manillis in Malabaram, Amboinam, & Javam, unde accepimus, ubi colitur in hortis & per ramos propagatur.

Deſcr. floris vid. in *Sp. Linn.* Caul. ſtriatus glaber. Fol. oppoſita ſubpetiolata integerrima acuta glabra, in medio macula flava lucide colorata.

JUSTI-

JUSTICIA (*Betonica*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis acuminatis venoſo-reticulatis coloratis. *Linn. ſp.* 21. *Fl. zeyl.* 18.
Adhatoda flore minore. *Journ. inſt.* 175.
Adhatoda malabarica. *Herb. Garcin.*
Betonica fruteſcens. *Bont. jav.* 146.
Betonica Hormini ſativi coma, Amaranthi foliis. *Burm. zeyl.* 47.
Frutex indicus ſpicatus: florum pediculis brevibus. *Raj. hiſt.* 709.
Bem-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 126. *t.* 21.
Creſcit in variis Indiæ locis.

JUSTICIA (*procumbens*) foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus lateralibusque alternis, bracteis ſetaceis. *Linn. ſp.* 22. *Fl zeyl.* 15.
Euphraſia ſinica, Parietariæ foliis, Rubiæ modo ſpicatis. *Plukn. amalth.* 83. *t.* 392. *f.* 4.
Euphraſia, Alſines anguſtiore folio, Rubiæ modo ſpicata golcondea. *Plukn. alm.* 142. *t.* 56. *f.* 3.
Planta ſpicata, floribus cæruleis, hulunaykola dicta. *Burm. zeyl.* 194.
Tjeru-tardavel. *Rheed. mal.* 10. *p.* 187. *t.* 94.
Habitat in Zeylona & Java.

Conveniunt noſtra ſpecimina cum *H. mal.* & prima *Plukn.* (in qua ſpicæ longiores) figura, foliis magis ovatis, ſpicis ſeſſilibus imbricatis brevioribus incraſſatis.

JUSTICIA (*pectinata*) diffuſa, ſpicis axillaribus ſeſſilibus tomentoſis ſecundis, dorſo imbricatis, bracteis ſemilanceolatis. *Linn. ſp.* 22. *Amoen. acad* 4. *p.* 299. ubi deſcript.
Euphraſia indica Ladani ſegetum folio, flore amplo purpureo. *Plukn. amalth.* 84. *t.* 393. *f.* 1.
Habitat in India.

JUSTICIA (*repens*) foliis ovatis ſubcrenatis, ſpicis terminalibus, bracteis lanceolatis. *Linn. ſpec.* 22. *Fl. zeyl.* 20.
Adhatoda ſpicata, floſculos ex foliolis membranaceis producens. *Burm. zeyl.* 7. *t.* 3. *f.* 2.
Adhatoda zeylanica minima, flore albo. *Hart. MSS.*
Adhatoda maderaſpat: ſpica longa foliacea, marginibus albis. *Petiv. muſ. n.* 338.
Habitat in Zeylona.

Tab. 4. *f.* 1. JUSTICIA (*chinenſis*) herbacea, foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus. *Linn. ſp* 22. ubi deſcr.
Planta, quæ in urbe Batavia creſcit juxta muros. *Herb. Garcin.*
Habitat in China.

Flores verticillati, *Pedunc.* axillares ex uno centro quinque, bracteæ ad baſin maculatæ ſtriatæ acuminatæ.

JUSTI-



1. JUSTICIA *chinensis*.
2. ——— *gangetica*.
3. ——— *madurensis*.



1. *JUSTICIA chinensis.*
2. ——— *gangetica.*
3. ——— *madurensis.*

JUSTICIA (*gangetica*) foliis ovatis, racemis ſimplicibus longis, floribus alternis ſecundis, bracteis obſoletis. *Linn. ſp.* 24. *Amœn. acad.* 4. *p.* 299. ubi deſcr. *Tab.* 4. *f.* 2.
Adhatoda minor. *D. Kleinhof.*
Habitat in Java.

JUSTICIA (*echioides*) foliis lanceolato-linearibus obtuſis ſeſſilibus, ramis adſcendentibus ſecundis, bracteis ſetaceis. *Linn. ſp.* 22. *Fl. zeyl.* 21.
Euphraſiæ affinis indica echioides. *Herm. lugdb.* 668. *t.* 669.
Digitali ſimilis planta bicapſularis, flore tubuloſo, galea trifida, & labio integro obtuſo conſtante. *Burm. zeyl.* 88.
Gratiolæ adfinis echioides zeylanica major. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 69.
Bugloſſum echioides zeylanica, foliis convolvuli indici minoris cærulei. *Breyn. eph. nat. cur. ann.* 4. *obſ.* 159
Aſperifolia indica, foliis ex adverſo binis. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 660.
Peetumba. *Rheed. mal.* 9. *p.* 87. *t.* 46.
Habitat in Malabaræ & Zeylonæ locis incultis, humidis & ſordidis.

JUSTICIA (*paniculata*) diffuſa, panicula axillari, foliis ſeſſilibus lanceolatis.
Adhatodæ ſimilis planta zeylanica. *Herb. Garzin.*
Cara-caniram. *Rheed. mal.* 9. *p.* 109. *t.* 56. quæ magnitudine, & foliis latioribus a noſtra tantum differt. Flores in noſtro ſpecimine ſecundi.
Habitat in Malabara & Zeylona.

JUSTICIA (*madurenſis*) fruticoſa, foliis ovalibus obtuſis dentatis, floribus axillaribus ſolitariis. *Tab.* 4. *f.* 3.
Adhatoda madurenſis fruteſcens, ſampſanchi folio, caule argenteo. *Herb. Garzin. Petiv. Gazoph. t.* 2. *f.* 8.
Habitat in *Madura.*

Caulis fruticoſus ſolidus teres glaber albicans. *Folia* oppoſita ſubpetiolata obverſe ovata glabra denticulata obuſa, apice vel emarginata vel acuminata. *Bracteæ* binæ deciduæ. *Flores* rariores axillares. *Per.* capſ. oblonga baſi anguſtata acutiuſcula.

JUSTICIA (*naſuta*) foliis lanceolato-ovatis integerrimis, pedunculis dichotomis. *Linn. ſp.* 23. ubi deſcr.
Adhatoda foliis ſibi mutuo oppoſitis, flore carneo. *Dn. Bryon.*
Pulcolli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 135. *t.* 69.
Creſcit in locis arenoſis in Malabara & Java.

JUSTICIA (*Moretiana*) herbacea, foliis lanceolatis integerrimis, floribus axillaribus, ſolitariis.

Adhatoda, flore ſolitario ex ſingula folii ala proveniente. *Burm. zeyl.* 7. *t.* 3. *f.* 1.

Moretiana. *Rumph.* 6. *p.* 53. *t.* 23.

Creſcit in variis locis Indiæ arenoſis.

Caulis herbaceus angulatus. *Folia* oppoſita remota ſubpetiolata lanceolato-acuminata integerrima. *Flores* axillares ſolitarii, *capſula* ut in madurenſi.

JUSTICIA (*purpurea*) foliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, ſpicis ſecundis. *Linn. ſp.* 23. ubi deſcr. *Osb. it.* 230.

Folium tinctorum. *Rumph.* 6. *p.* 51. *t.* 22. *f.* 1.

Habitat in China & Amboina, ubi planta repens læte viget, ac ſeſe propagat ex nodis radicantibus.

JUSTICIA (*bivalvis*) foliis lanceolato-ovatis, pedunculis ſexfloris, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis. *Linn. ſp.* 23.

Bungum. *Rumph.* 6. *p.* 55. *t.* 22. *f.* 2.

Adel-odagam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 81. *t.* 43.

Habitat in locis arenoſis Malabaræ, Amboinæ & Javæ, unde recepimus foliis magis ovatis quam in exhibitis figuris, ramis absque nodis, quibus præcipue a præcedenti differt.

JUSTICIA (*Gendaruſſa*) fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus ſimplicibus.

Adhatoda malabarica, ſalicis folio, floribus ſpicatis. *Herb. Garzin.*

Gendaruſſa ſoſa. *Rumph.* 4. *p.* 70. *t.* 28.

Vada-kodi. *Rheed. mal.* 9. *p.* 79. *t.* 42.

Creſcit in Malabara, Amboina & Java, unde ſpecimina ſæpius miſſa.

Caul. fruticoſus, erectus, teres, geniculatus, glaber. *Fol.* decuſſata, ſubpetiolata, lanceolata, integerrima, venis rubris, glabra. *Spica* terminalis, ſimplex, floribus oppoſitis. *Bracteæ* lanceolatæ apice ſetaceo. *Cal.* perſiſtens breviſſimus, *corolla* lutea. *Stilus* perſiſtens, longitudine corollæ. Raro floret in *Amboina*, ubi variat ſilveſtris & domeſtica; ex Java binas quoque recepimus ſpecies, (vulgarem & ſilveſtrem) quæ in hortis coluntur & per ſurculos propagantur. vid. *Rumph.* 4. *p.* 72. *t.* 29. ubi exhibetur Femina, caule geniculato, ſpicis ſparſim inter folia axillaribus.

Tab. 5. *f.* 1. JUSTICIA (*nutans*) herbacea, foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis terminalibus cernuis, bracteis ſetaceis.

Habitat in Java, unde cum ſubſequenti absque denominatione miſſa.

Caul.



1. JUSTICIA nutans.
2. DIANTHERA hyssopifolia.
3. MOLLUGO stricta.
4. ——— spergula.



1. JUSTICIA nutans.
2. DIANTHERA hyssopifolia.
3. MOLLUGO stricta.
4. ——— spergula.

Caul. herbaceus erectus teres ſtriatus, ramis ex alis alternis. Fol. oppoſita petiolata denticulata bipollicaria glabra. Pedunc. breviſſimi cernui terminales, floribus nutantibus luteis. Bracteæ lanceolatæ ſetaceæ, ſingulo pedicello tres. Cal. perianth. monophyllum pubeſcens, ad baſin uſque partitum, laciniis quinque lineari-lanceolatis æqualibus, perſiſtens. Cor. monopetala, ringens labio inferiore lanceolato indiviſo, ſuperiore trifido. Stam. filam. duo ſubulata, longitudine corollæ Anth. oblongæ didymæ. Piſt. germ. conicum, Styl. filiformis, ſtaminibus longior. ſtigma bifidum. Per. capſula. . . . . Pili breviſſimi rariores glanduloſi.

DIANTHERA (*hyſſopifolia*) floribus terminalibus pedunculatis, foliis lanceolatis ſcabris. *Tab.* 5. *f.* 2.
Habitat in Java.

Caul. herbaceus. Fol. petiolata. Pedunc. ex involucro ſuperiorum foliorum pollicares quinque, circa medium ſæpius diviſi erecti, bracteis duabus lanceolatis, calycem obvolventibus. Cal. quinque partitus. Cor. tubus longitudine calycis, limbus ringens, labio ſuperiore obtuſo, inferiori trifido.

GRATIOLA (*virginiana*) foliis lanceolatis obtuſis ſubdentatis. *Linn. ſp.* 25. *Gron. virg.* 6.
Tjieria-maija-nari. *Rheed. mal.* 9. *p.* 165. *t.* 85.
Alſine ſpuria indica chamædryfolia, flore cæruleo tripartito. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 422.
Habitat in Virginia, Malabara & Java, unde miſſa fuit.

Rad. fibroſa. *caul.* palmaris procumbens, ramis oppoſitis. *Fol.* oppoſita ſeſſilia, verſus apicem ſerrata. *Pedunc.* axillares uniflori, *Cal.* quinque partitus tubuloſus perſiſtens, laciniis breviſſimis linearibus, *Stil.* perſiſtens. *Per. capſula* oblonga acuminata, calyce duplo longior, dehiſcens.

UTRICULARIA (*bifida*) ſcapo nudo bifido. *Linn. ſp.* 26. ubi deſcr. *Osbeck. iter.* 243. *t.* 3. *f.* 2.

UTRICULARIA (*cærulea*) ſcapo nudo, ſquamis alternis vagis ſubulatis. *Linn. ſp.* 26. *Fl. zeyl.* 23.
Aphyllos indica aquatica volubilis, flore dipetalo difformi, calcari donato. *Raj. app.* 404.
Rudhumeti flore cæruleo, calcitrapæ facie. *Burm. zeyl.* 208. *Herm. muſ. zeyl.* 18.
Planta aquatica aphyllos repens, flore cæruleo. *Commel. Fl. mal.* 54.
Nelipu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 137. *t.* 70.
Habitat in Malabaræ & Zeylonæ locis paludoſis & aquoſis, inprimis ubi Oryza colitur, cui ſe circumvolvit.

UTRICULARIA (*vulgaris*) nectario conico, ſcapo paucifloro. *Linn. ſp.* 26. *Fl. zeyl.* 22. *Roy. lugdb.* 304.
Lentibularia. *Rivin. monop.* 78. zeylanica. *Burm. zeyl.* 140.

 Mil-

Millefolium aquaticum, flore luteo galericulato. *Parkinſ. theatr. botan.* 1258.
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Bauh. pin.* 141.
β Millefolium paluſtre galericulatum minus. *Plukn. phyt.* 251. *t.* 99. *f.* 6.
Habitat in Europa & Zeylona, teſte Hermanno.

DIALIUM (*javanicum*).
Coerandje. Javanis.
β Cortex papetarius. *Rumph. amb.* 3. *p.* 212. *t.* 137. quæ differt foliis ſerratis.
Habitat in Java.

Caul. arboreus. Fol. pinnata alterna; foliola ſeptem palmaria ovato-oblonga acuminata integerrima lævia, petiolis breviſſimis. Flores rubentes paniculati. Cal. per. nullum. Cor. petala quinque elliptica obtuſa ſeſſilia æqualia decidua. Stam. filamenta duo conica breviſſima ad latus ſuperius germinis ſita. Antheræ oblongæ obtuſæ quaſi didymæ. Piſt. germ. ovatum: Stylus ſubulatus declinatus, longitudine ſtaminum. Stigma adſcendens ad apices Antherarum ſimplex. Peric.?

VERBENA (*indica*) diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule lævi. *Linn. ſp.* 27. ubi deſcr.
Habitat in Zeylona.

Tab. 6. *f.* 1. VERBENA (*nodiflora*) tetrandra, ſpicis capitato-conicis, foliis cuneiformibus apice ſerratis, caule repente. *Linn. ſp.* 28. *Fl. zeyl.* 399. *Roy. lugdb.* 326. *no.* 9. *Gronov. virg.* 7.
Verbena nodiflora, capite oblongo. *Barrl. ic.* 855. *Dn. Pryon*, qui ſub hoc nomine ex India miſit.
Verbena nodiflora. *Bauh. pin.* 269. repens. *prodr.* 125. ubi icon.
Verbena nodiflora major indica, flore niveo Hermanni. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 419.
Sherardia repens, folio ſubrotundo craſſo, nodiflora. *Vaill. ſtr. flor.* 231. *Burm. zeyl.* 214.
Ana-coluppa. *Rheed. mal.* 10. *p.* 93. *t.* 47.
Mallei-cajan-tagare incolis.
Reperitur in locis arenoſis Coromandeli, Malabaræ & Zeylonæ; frequentiſſima in hortis publicis.

Tab. 6. *f.* 2. VERBENA (*javanica*) ſpicis numeroſis oblongo-conicis, foliis ovato-oblongis ſubcrenulatis, caule erecto.
Habitat in Java.

Differt a præcedenti: *caule* tenuiore erectiuſculo, *foliis* oblongis acuminatis, marginibus ſubcrenulatis, *ſpicis* inferioribus oppoſitis, in ſummitate numeroſis oblongo-conicis duplo longioribus.

MONARDA (*zeylanica*) floribus verticillatis, foliis ſubcordatis, calycibus piloſis, involucro longioribus. *Linn. zeyl.* 24. ubi deſcr.
Marrubium odoratiſſimum, Betonicæ folio. *Burm. zeyl.* 153. *t.* 71. *f.* 1.
Mar-

Marrubium zeylanicum odoratum Nepetæ facie, folio Lamii pannonici. *Herm. muſ. zeyl.* 30.
Habitat in Zeylona.

SALVIA (*officinalis*) foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Linn. ſp.* 34. *Roy. lugdb.* 307. *n.* 1.
Salvia incana, ſub quo nomine ex Java recepimus.

Licet quoad deſcriptionem cum hac ſpecie quadret, habitu tamen differt, caul. & petioli tomento albo lanuginoſi, folia ferruginea rugoſa, margine crenulata incraſſata. ſpica compacta breviſſima. cal. tomentoſus acutus, corolla albicans; hybrida forte ſpecies ex officinali & cretica.

SALVIA (*indica*) foliis cordatis acute crenatis, ſummis ſeſſilibus, verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Linn. ſp.* 37. *Roy. lugdb.* 309. *n.* 15.
Sclarea indica, floribus variegatis. *Tourn. inſt.* 179.
Sclarea pes trigidis vulgo dicta, ſeu Horminum indicum maximum, floribus variegatis. *Hort. reg. par.*
Horminum hirſutum, flore violaceo, punctis aureis notato. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 16.
Habitat in India.

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM (*indicum*) ſpica lineari, floſculis ſeſſilibus, ariſta brevioribus. *Linn. ſp.* 40. *Fl. zeyl.* 25.
Gramen geniculatum brevifolium criſpum, ſpica purpureo-ſericea. *Plukn. alm.* 177. *t.* 119. *f.* 1.
Gramen alopecuroides. *Burm. zeyl.* 105.
Habitat in Zeylona.

TRIGYNIA.

PIPER (*nigrum*) foliis ovatis ſubſeptemnerviis glabris, petiolis ſimpliciſſimis. *Linn. ſp.* 40. *Fl. zeyl.* 26.
Piper rotundum nigrum. *Baub. pin.* 411. *Plukn alm.* 297. *t.* 437. *f.* 1. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 602. *ſ.* 15. *t.* 1. *f.* 1.
Piper rotundum ex Malabara, foliis latis quinque nerviis albicantibus. *Burm. zeyl.* 193. *Herm. zeyl.* 32.
Piper indicum vulgare, ſemine nigro, folio quinque nervio: malaice Lada. *Dn. Pryon* ex Java.
Malago-codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 23. *t.* 12.
Habitat in variis Indiæ locis, potiſſimum in Malabara & Java, ubi colitur.

Piper ſemine nigro & albo tantum pro varietate habendum, dicitque *Rheede*, quod cortice nigro ablato fit Piper album.

PIPER (*Betle*) foliis ovatis oblongiuſculis acuminatis ſeptemnerviis, petiolis bidentatis. *Linn. ſp.* 40. *Fl. zeyl.* 27.
Piper quod ſaururus, foliis ſeptinerviis oblongo-acuminatis. *Burm. zeyl.* 193. *t.* 83. *f.* 2.
Piper longum arboreum altius, folio nervoſo minore, ſpica graciliori & breviori. *Sloan. jam.* 134. *t.* 87. *f.* 1.
Piper indicum ſylvaticum. *Herm. muſ. zeyl.* 20 & 24.
Piper longum, foliorum nervis decurrentibus tenuibus & mollioribus, Betle dictum. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 603.
Betre ſeu Betle. *Cluſ. arom.* 176. *f.* 1.
Beetla-codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 29. *t.* 15.
Creſcit in Zeylonæ ac Malabaræ ſilvis, ibique colitur.

PIPER (*Malamiri*) foliis ovatis acutiuſculis ſubtus ſcabris, nervis quinque ſubtus elevatis. *Linn. ſp.* 41. *Fl. zeyl.* 26.
Sirii folium. *Rumph. amb.* 5. *p.* 336. *t.* 116. *f.* 2.
Amalago. *Rheed. mal.* 7. *p.* 31. *t.* 16.
In utrisque reperitur Indiis.

PIPER (*Amalago*).
Huic nimis affinis pro nova ſpecie.

PIPER (*Siriboa*) foliis cordatis ſubſeptinerviis venoſis. *Linn. ſp.* 41. *Fl. zeyl.* 29.
Siriboa. *Rumph. amb.* 7. *p.* 340. *t.* 117.
Sirifolia malaice Caju-ſiri. *D. Pryon* hoc nomine ex India miſit.
Betela, quam Sirii-boa vocant. *Bont. jav.* 91. *t.* 1.
Beteles ſpecies folio lato, ſiriboa Bontii. *Burm. zeyl.* 46.
Creſcit in variis Indiæ locis.

PIPER (*longum*) foliis cordatis petiolatis ſeſſilibusque. *Linn. ſp.* 41. *Fl. zeyl.* 30.
Piper longum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 333. *t.* 116. *f.* 1.
Piper longum Piſtolochiæ foliis absque pediculis madaraſpatanum. *Plukn. alm.* 297. *t.* 104. *f.* 4.?
Laborandi. *Piſ. hiſt. braſ.* 151. *ſ.* 216. *n.* 3.
Cattu-tripali. *Rheed. mal.* 7. *p.* 27. *t.* 14.
Lada Java, ſub hoc nomine miſſa planta, quæ cum figuris *Rumph.* & *Rheed.* convenit.
Colitur in multis Indiæ locis, ſemel florens tempore pluvioſo.

PIPER (*decumanum*) foliis cordatis novem nerviis reticulatis. *Linn. ſp.* 41.
Saururus fruteſcens, foliis plantaginis, fructu breviore. *Plum. amer.* 59. *t.* 76.
Sirium decumanum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 45. *t.* 27. ubi folia multinervia.
Creſcit in utrisque Indiis. PI-



1. VERBENA *nodiflora*.
2. ——— *javanica*.
3. VALERIANA *chinensis*.

PIPER (*peltatum*) foliis peltatis orbiculato-cordatis obtuſis repandis, ſpicis umbellatis. *Linn. ſp.* 42.
Saururus arboreſcens, foliis amplis rotundis & umbilicatis. *Plum. amer.* 56. *t.* 74.
Lomba. *Rumph. amb.* 6. *p.* 133. *t.* 59. *f.* 1.
Habitat in Indiis.

Hujus ex Java miſit *Dn. Kleinhof* ſpecimen, foliis peltatis, orbiculato-cordatis acutis integerrimis, ſpicis umbellatis, axillaribus.

TRIANDRIA MONOGYNIA.

VALERIANA (*cornucopiæ*) floribus diandris ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 44. *Roy. lugdb.* 235. *n.* 7.
Valeriana peregrina purpurea albave. *Bauh. pin.* 164. *prodr.* 87. *f.* 2.
Valeriana indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
Pſeudo-Valerianella cornucopoides rubra vel indica. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75.
Pſeudo-Valeriana cornucopoides annua purpurea. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 104. *f.* 7. *t.* 16. *f.* 27.
Valerianella flore rubro, capſula mitrata. *Vaill. act. pariſ. ann.* 1722. *p.* 256. *f.* 13. 14. 15.
In India, variiſque mundi plagis, ubi loca arenoſa, vulgaris, & in hortis colitur.

VALERIANA (*chinenſis*) floribus triandris, foliis omnibus cordatis. *Linn. ſp.* 47. ubi deſcr. *Tab.* 6. *f.* 3.
Habitat in China & Cormandeli, unde miſſa ſub nomine Sattisarnei.

OLAX (*zeylanica*). *Linn. ſp.* 48. *Fl. zeyl.* 34.
Arbor ſtercoraria zeylanica glandifera. *Burm. zeyl. p.* 26.
Habitat in Zeylona.

Folia in acetariis adhibentur, uti apud nos Lactuca. *Herm.*

TAMARINDUS (*indica*). *Linn. ſp.* 48. *Fl. zeyl.* 33. *Roy. lugdb.* 465. *Loefl. it.* 210. *Rumph. amb.* 2. *p.* 90. *t.* 23.
Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Bauh. pin.* 403.
Tamarindus indica orientalis. *Blakw. herb. t.* 221.
Balam-puli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 39. *t.* 23.
Habitat in Indiis utriſque & Arabia.

RUM-

RUMPHIA (*amboinenſis*). *Linn. ſp.* 49.
Myxa pyriformis, oſſiculo triſpermo. *Raj. hiſt.* 1556.
Tſiem-tani. *Rheed. mal.* 4. *p.* 25. *t.* 11.
Caniri-utan. Javanis.
Habitat in India.

STILAGO (*Bunius*).
Bunius ſativus. *Rumph. amb.* 3. *p.* 204. *t.* 131.
Habitat in India.

Folia alterna petiolata ſimplicia ovato-oblonga glabra integerrima. *Spicæ* alternæ longiſſimæ nudæ, floribus parvis ſparſis. *Cal.* perianthium hæmiſphæricum integerrimum vix trilobum urceolatum. *Cor.* nulla. *Stam.* filam. tria filiformia, calyce longiora patentia. *Anth.* binæ ſubgloboſæ. *Piſt.* germen ſubrotundum ſuperum, *Styl.* cylindricus perſiſtens, ſtaminibus brevior. *Stigma* verrucoſum.

IXIA (*chinenſis*) foliis enſiformibus, floribus remotis, panicula dichotoma, floribus pedunculatis. *Linn. ſp.* 52.
Bermudiana Iridis folio majore, flore croceo eleganter punctato. *Krauſ. hort.* 25. *t.* 25.
Bermudiana radice carnoſa, floribus maculatis, ſeminibus pulpa obductis. *Amman. act. petropol.* 11. *p.* 308. *t.* 7.
Balam canda-ſchularmani. *Rheed. mal.* 11. *p.* 73. *t.* 37.
Habitat in India, frequens in hortis publicis.

COMMELINA (*benghalenſis*) corollis inæqualibus, foliis ovatis obtuſis, caule repente. *Linn. ſp.* 60.
Commelina repens, folio ſubrotundo obtuſo. *Burm. zeyl.* 70.
Ephemerum benghalenſe ſerpens, folio ſubrotundo brevi phalangoides. *Plukn. alm.* 130. *t.* 27. *f.* 3.
Ephemerum indicum bipetalum procumbens obtuſo folio, pediculo alato. *Herm. par.* 156. *Ray. hiſt.* 3. *p.* 566.
β Arundinella. *Rumph.* 6. *p.* 23. *t.* 9. *f.* 2.
Habitat in variis Indiæ locis uliginoſis.

COMMELINA (*communis*) corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro. *Linn. ſp.* 60. *Roy. lugdb.* 38. *n.* 1. *Gron. virg.* 130.
Commelina procumbens annua ſaponariæ folio. *Dill. elth.* 93. *t.* 78. *f.* 89.
Koo ſeki, ſive Ephemerum dipetalum japonicum. *Kæmpf. amoen.* 888. *t.* 889.
Inter Indicas plantas quoque affertur.

COMMELINA (*tuberoſa*) corollis æqualibus, foliis ſeſſilibus ovato-lanceolatis ſubciliatis. *Linn. ſp.* 61. *Roy. lugdb.* 38. *n.* 3.
Commelina paludoſa latifolia. *Burm. zeyl.* 69. *t.* 20. *f.* 2.

Com-

Commelina radice anacampſerotidis. *Dill. elth.* 94. *t.* 79. *f.* 90. quæ hirſuta.
Commelina lato & acuto folio, flore cæruleo ſtellato, fructu membranaceo. *D. Pryon*, qui ex Java miſit.
Gramen paludoſum, flore cæruleo. *Herm. muſ. zeyl.* 16.
Creſcit in utraque India.

COMMELINA (*erecta*) corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto ſcabro ſimpliciſſimo. *Linn. ſp.* 60. *Gron. virg.* 11. *Roy. lugdb.* 38. *n.* 2.
Commelina erecta, ampliore ſubcæruleo flore. *Dill. elth.* 94. *t.* 77. *f.* 88.
Commelina folio anguſto acuto, flore cæruleo ſtellato, in ſummitate proveniente ex folio concavo. *D. Pryon*; quæ ex Java allata ab illa *Dill.* differt, magnitudine, caule lævi ſimpliciſſimo erecto, foliis ſcabris acuminatis, petiolis vaginantibus lucidis glabris.

COMMELINA (*nudiflora*) corollis æqualibus, pedunculis capillaribus, foliis lineari-lanceolatis, involucro nullo. *Linn. ſp.* 61. *Fl. zeyl.* 31.
Ephemerum phalangoides madaraſpatanum minimum, foliis peranguſtis perfoliatum. *Plukn. alm.* 135. *t.* 27. *f.* 4.
Commelina gramineo acuto folio. *D. Pryon.*
Tali-pulli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 123. *t.* 63.
Habitat in India.

COMMELINA (*nudicaulis*) corollis æqualibus ſcapo indiviſo, foliis lanceolatis radicalibus. *Tab.* 8. *f.* 1.
Commelina foliis ad radicem poſitis gramineis, flore cæruleo *D. Pryon*, a quo ex Java miſſa.

Rad. fibroſa repens. Caul. procumbentes. Fol. radicalia ad ortum vaginantia. Scap. erectus filiformis indiviſus, in cujus medio Bractea revoluta. Flor. bini cærulei.

COMMELINA (*axillaris*) corollis æqualibus, floribus ſeſſilibus, foliis linearibus. *Linn. ſp.* 61.
Ephemerum phalangoides madaraſpatanum minimum, ſecundum caulem quaſi ex utriculis floridum. *Plukn. alm.* 135. *t.* 174. *f.* 3. & *amalth.* 73.
Ephemerum malabaricum aquaticum procumbens tricoccum, ad ſingulos foliorum ſinus floridum. *Herm. par. bat.* 144. *Ray. hiſt.* 3. *p.* 565 & 567.
Nir-pulli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 28. *t.* 13.
Habitat in locis aquoſis Javæ & Malabaræ.

A *Dno. Kleinhof* ex Java miſſa, cujus *caulis* ſimplex, craſſitie pennæ columbinæ, teres vaginatus, foliis alternis reclinatis ſeſſilibus lanceolatis plicatis. *Flores* axillares.

COMMELINA (*papilionacea*) involucris triphyllis alterum recipientibus, caule repente, foliis lanceolato-linearibus. *Tab.* 7. *f.* 1.
Nay-cattarei, flore cæruleo, folio ſedi. *D. Outgaerden.*
Habitat Cormandeli.

Rad. fibroſa alba. *Caul* bipollicaris repens articulatus ad ſingula genicula radicans e rubro viridis. *Fol.* lineari-lanceolata acuta ſeſſilia ſubciliata, vagina latiuſcula breviſſima ſuccoſa. *Spatba* terminalis cordata ſubciliata complicata, ſub qua foliola duo lanceolata lunata vexillo breviori, intra quæ carinæ loco aliud involucrum nondum prodiens.

Tab. 7. f. 2. COMMELINA (*diffuſa*) corollis æqualibus, pedunculis capillaribus, foliis ovato oblongis, involucro nullo.
Cadtu-cannawarei. *D. Outgaerden.*
Habitat Cormandeli.

Tab. 7. f. 3. COMMELINA (*nervoſa*) corollis æqualibus, foliis ovatis nervoſis.
Moukarattei. *D. Outgaerden.*
Habitat Cormandeli.

Ob emarcida & diuturna aſſervatione pro parte detrita ſpecimina, figuras quoad fructificationem adeo perfectas dare non potui, quod in plantis ſub zona torrida nimis diu exſiccatis ſæpius occurrit.


Tab. 7. f. 4. COMMELINA (*criſtata*) corollis æqualibus, involucris ſpicatim imbricatis. *Linn. ſp.* 62. *Fl. zeyl.* 32.
Ephemerum zeylanicum procumbens criſtatum. *Herm. par. bat.* 148. *Burm. zeyl.* 53. *Ray. hiſt.* 566.
Sincana warei Cormandeli. *D. Outgaerden.*
β Veetla caitu. *Rheed. mal.* 7. *p.* 109. *t.* 58.
Habitat in Zeylonæ & Malabaræ paludoſis.

Planta aquatica repens, e nodis radicans. *Fol.* ſeſſilia ſuccoſa ovata acuta. *Pedunc.* terminales ſimpliciſſimi. *Involucra* latiora ſpicatim imbricata criſtata. *Corolla* æqualis.

XYRIS (*indica*). *Linn. ſp.* 62. foliis gladiatis. *Fl. zeyl.* 35. *Gron. virg.* 11.
Gladiolo lacuſtri accedens malabarica, e capitulo botryoide florifera. *Plukn. alm.* 170. *t.* 416. *f.* 4.
Gramen junceum braſilianum, capite ovali ſquamoſo florido. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 229. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 28.
Jupicai braſilienſium. *Piſ. braſ.* 238.
Gramen indicum, capitulis oblongis, floribus aureis ſquamatis. *Burm. zeyl.* 109.
Kotsjiletti-pulli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 13. *t.* 7.
In utrisque creſcit Indiis.

SCHOENUS (*coloratus*) culmo triquetro, capitulo ſubrotundo, involucro longiſſimo plano variegato. *Linn. ſp.* 64. *H. Cliff.* 495.
Gramen cyperoides, ſpica compacta alba, foliis ad ſpicam partim albis, partim viridibus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 119. *t.* 78. *f.* 1.

Gra-



1. COMMELINA *papilionacea*.
2. ——— *diffusa*.
3. ——— *nervosa*.
4. ——— *cristata*.



1. COMMELINA *papilionacea*.
2. ——————— *diffusa*.
3. ——————— *nervosa*.
4. ——————— *cristata*.



1. COMMELINA *nudicaulis*.
2. CYPERUS *odoratus*.
3. PANICUM *dimidiatum*.



1. COMMELINA nudicaulis.
2. CYPERUS odoratus.
3. PANICUM dimidiatum.

Gramen capitatum. *Rumph. amb. 6. p. 8. t. 3. f. 2.*
Gramen cruciatum ac capitatum javanicum. *D. Pryon.*
Gramen malabaricum repens aquaticum. *D. Garzin.*
Pee-mottenga. *Rheed. mal. 12. p. 99. t. 53.*
Habitat in utrisque Indiis.

SCHOENUS (*tuberoſus*) culmo triquetro, capitulis ternis ſeſſilibus, involucro longiſſimo viridi, radice tuberoſa.
Gramen cyperoides minus, ſpica compacta ſubrotunda viridi, radice odorata. *Sloan. hiſt. jam. 1. p. 119. t. 78. f. 2.*
Cyperus indicus, radicibus glanduloſis, ſpicis parvis ſeſſilibus, in ſummitate caulis congeſtis. *Raj. hiſt. 3. p. 619.*
Mottenga. *Rheed. mal. 12. p. 97. t. 52.*
Habitat in Java & Malabara.

SCHOENUS (*lithoſpermus*) culmo triquetro folioſo, panicula villoſa, ſeminibus globoſis nitidis, foliis trifariam aculeatis. *Linn. ſp. 65.*
Schœnus ſecans. *Linn. amoen. acad. 5. p. 391. ſyſt. 865.*
Cyperus maximus americanus, lithoſpermi ſemine. *Moris. 3. p. 237. ſ. 8. t. 11. f. 16.*
Gramen cyperoides ſylvaticum maximum geniculatum aſperius, ſemine milii folis. *Sloan. hiſt. jam. 36. p. 118. t. 77. f. 1.*
Gramen cyperoides indicum, paniculis e foliorum ſinubus egreſſis, locuſtis raris compreſſis. *Ray. hiſt. 3. p. 618.*
Gramen cyperoides lithoſpermi ſemine, *Plukn. mant. 98.*
Calamagroſtis. *Rumph. amb. 6. p. 16. t. 6. f. 2.*
Kaden-pullu. *Rheed. mal. 12. p. 89. t. 48.*
Habitat in utraque India.

SCHOENUS (*paniculatus*) culmo triquetro folioſo, panicula alterna colorata, calycibus ariſtatis, ſeminibus globoſis lævibus.
Carex amboinica. *Rumph. amb. 6. p. 22. t. 8. f. 1.*
Tsiolap-pullu. *Rheed. mal. 12. p. 127. t. 67.*
Ilad. Javanis.
Ex India miſſa.

Semina licet cum præcedenti conveniant, habitu tamen maxime differens planta. *Folia* alterna. *Panicula* axillaris. *Setæ* plurimæ pollicares. *Semina* ut in *lithoſpermo* ſplendentia ſæpe nigricantia; cum quo maxime adfinis quoad deſcriptionem.

CYPERUS (*ſquarroſus*) culmo triquetro folioſo, umbella folioſa glomerata, ſpicis ſtriatis ſquarroſis. *Linn. ſp. 66. Amoen. acad. 4. p. 303.*
Gramen cyperoides madaraſpatanum minimum, iſchæmi paniculis cum ariſtis. *Plukn. amalth. 114. t. 397. f. 2.*
Habitat in India.

CYPERUS (*haſpan*) culmo triquetro folioſo, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis umbellato-ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 66. *Fl. zeyl.* 37.
Gramen cyperoides madaraſpatanum, panicula magis ſparſa & ſpecioſa. *Plukn. alm.* 179. *t.* 192. *f.* 2.
Gramen cyperoides javanicum pectinatum. *Herb. Garzin.*
Habitat in Java.

CYPERUS (*longus*) culmo triquetro folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita, pedunculis nudis, ſpicis alternis. *Linn. ſp.* 67. *Roy. lugdb.* 50. *n.* 7.
Cyperus odoratus, radice longa, ſ: Cyperus officinarum. *Bauh. pin.* 14. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 237. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 13. *Scheuz. gram.* 378.
Gramen cyperoides rarius & tenuius ſpicatum e madaraſpatan. *Plukn. phyt.* 179. *t.* 192. *f.* 1. quæ cum Javanica convenit.

CYPERUS (*rotundus*) culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita, ſpicis alternis linearibus. *Linn. ſp.* 67. *Fl. zeyl.* 36.
Cyperus orientalis, radice olivari, ſpicis longis e ſpadiceo purpuraſcentibus. *Scheuz. gram.* 391.
Gramen cyperinum zeylanicum vulgare minus. *Burm. zeyl.* 107.
Habitat in Zeylona.

CYPERUS (*difformis*) culmo triquetro ſubnudo, umbella diphylla ſimplici trifida, ſpicis cuſpidatis, intermedia ſeſſili. *Linn. ſp.* 67. *Amoen. acad.* 4. *p.* 302.
Gramen cyperoides elegans, Vaſſumbo-curry malabarorum. *Plukn. amalt.* *t.* 417. *f.* 5.
Habitat in Malabara.

CYPERUS (*Iria*) culmo triquetro ſeminudo, umbella folioſa decompoſita, ſpiculis alternis, granis diſtinctis. *Linn. ſp.* 67. ubi deſcr.
Gramen cyperoides Indiæ orientalis elatius, panicula ſparſa palleſcente. *Plukn. alm.* 179. *t.* 191. *f.* 7.
Iria ſ: Balari. *Rheed. mal.* 12. *p.* 105. *t.* 56.
Habitat in India.

CYPERUS (*elatus*) culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis digitalibus imbricatis, ſpiculis ſubulatis. *Linn. ſp.* 67. *Amoen. acad.* 4. *p.* 301.

Tab. 8. *f.* 2. CYPERUS (*odoratus*) culmo triquetro nudo, umbella decompoſita ſimpliciter folioſa, pedicellis diſtiche ſpicatis. *Linn. ſp.* 68. *Roy. lugdb.* 50. *n.* 6. *Gron. virg.* 131.
Cyperus longus odoratus, panicula ſparſa, ſpicis ſtrigoſioribus viridibus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 116. *t.* 74. *f.* 1.
Habitat in India utraque.

CY-

CYPERUS (*pumilus*) culmo triquetro nudo, umbella diphylla compoſita, ſpiculis alternis digitatis lanceolatis, glumis mucronatis. *Linn. ſp.* 69. *Amoen. acad.* 4. *p.* 302

Gramen cyperoides pumilum elegans e madaraſpatan. *Plukn. alm.* 179. *t.* 191. *f.* 8.

Habitat in India.

CYPERUS (*compreſſus*) culmo triquetro nudo, umbella univerſali triphylla, glumis mucronatis latere membranaceis. *Linn. ſp.* 68.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula folioſa, pedunculis ſimplicibus, ſpicis alternis ſubulatis diſtichis. *Roy. lugdb.* 51. *n.* 11. *Gron. virg.* 131.

Cyperus rotundus gramineus fere inodorus, panicula ſparſa compreſſa viridi. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 117. *t.* 76. *f.* 1.

? Cyperus longus minor pulcher, panicula lata compreſſa ſubflaveſcente. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 37.

Planta ex Java miſſa convenit cum data in ſpeciebus *Linn.* deſcriptione, *umbella*, ſpicis centralibus ſeſſilibus compreſſis exterioribus pedunculatis, ex quatuor ſpiculis conſtans.

CYPERUS (*umbellatus*) culmo triquetro nudo, umbella diphylla, pedunculis longiſſimis ſpicatis. *Tab.* 9. *f.* 1.

Culmus triqueter, *folia* longitudine culmi, *involucr.* diphyllum, *pedunc.* longiſſimi ad ſeptem uſque inæquales ad medium vaginantes, *ſpicæ* capitatæ oblongæ, involucro ſetaceo, *ſpiculæ* lineares, floſculis alternis.

SCIRPUS (*capitatus*) culmo tereti folioſo, capitulis axillaribus pedunculatis, involucro diphyllo lineari.

Gramen hirſutum indicum, glomeratis capitulis lagopi cæruleis, gluma e ſquamulis plurimis purpuraſcentibus, ariſta unica donatis, compactili. *Plukn. phyt.* 178. *t.* 190. *f.* 7.

Habitat in India.

Culmus dodrantalis teres. *Folia* alterna remotiuſcula. *Pedunc.* axillares ſolitarii. *Involucr.* diphyllum lineare. *Spicæ* capitatæ pedicellatæ, tres compreſſæ.

SCIRPUS (*articulatus*) culmo tereti nudiuſculo, ſemi geniculato, capitulo glomerato laterali. *Linn. ſp.* 70.

Juncus indicus geniculatus, panicula compacta, e ſpicis ſquarroſis compoſita. *Ray. hiſt.* 3. *p* 629.

Juncus conglomeratus madaraspatanus, acumine geniculato. *Plukn. alm.* 200. *t.* 197. *f.* 6.

Tsjeli. *Rheed. mal.* 12. *p.* 135. *t.* 71.

Habitat in locis aquoſis arenoſis Malabaræ.

SCIRPUS (*capillaris*) culmo nudo capillari, ſpicis pedunculatis ſeſſilibusque lateralibus. *Linn. ſp.* 73. *Fl. zeyl.* 39.
Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis, æthiopicum *Plukn. alm.* 179. *t.* 300. *f.* 5.
Gramen puſillum junci capitulis minimis, ad baſin foliolis binis acutis. *Burm. zeyl.* 108. *t.* 47. *f.* 2.
Gramen glareoſum, Junci capitulis ad baſin folioſis. *Herm. muſ. zeyl.* 45.
Motta-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 72. *t.* 38?
Habitat in Zeylona, Malabara & Æthiopia.

SCIRPUS (*dichotomus*) culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpicis dichotomis ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 74. *Fl. zeyl.* 40.
Gramen cyperoides madaraspatanum, juncelli geſneri capitulis ſparſis. *Plukn. alm.* 179. *t.* 119. *f.* 3.
Gramen parvum, ſpica triunciali ramoſa inſtar cyperi miliacei. *Burm. zeyl.* 101.
Habitat in Indiæ variis locis.

SCIRPUS (*echinatus*) culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpicis ovatis. *Linn. ſp.* 74. *Fl. zeyl.* 38.
Gramen cyperoides americanum, ſpicis grandioribus oblongo-rotundis ſparganii in modum echinatis, ad ſummum caulem pediculis longis innitentibus. *Plukn. alm.* 179. *t.* 91. *f.* 4.
Gramen cyperinum zeylanicum porcinum, capitulis conglobatis rotundis. *Burm. zeyl.* 107.
Creſcit in India utraque.

Tab. 9. *f.* 2. SCIRPUS (*miliaceus*) culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita, ſpicis intermediis ſeſſilibus, involucro ſetaceo. *Linn. ſp.* 75. ubi deſcr.
Juncus miliaceus umbellatus, Rompot utan Javanis dictus. D. *Kleinhof*, quo nomine 1757. ex Java miſſus.
Habitat in India.

SCIRPUS (*luzulæ*) culmo triquetro nudo, umbella folioſa prolifera, ſpiculis ſubrotundis. *Linn. ſp.* 75. ubi deſcr.
Cyperus paniculis longis cruciatis. D. *Kleinhof.*
Gramen cyperoides orientale, panicula elegantiſſima in glomerulos conflata. *Plukn. mant.* 97. *t.* 417. *f.* 3.
Gramen cyperoides minus, ſpicis compactis ſubrotundis flavicantibus. *Sloan. jam. t.* 79. *f.* 1.
Cyperus virginianus, capitulis globoſis. *Petiv.* e cujus herbario hanc plantam quoque poſſidemus magnitudine duplo minori tantum differentem a javanica; umbellæ rariores, rotundiores.
Creſcit in utraque India.

SCIR-

9



1. CYPERUS *umbellatus*.
2. SCIRPUS *miliaceus*.
3. SACCHARUM *spicatum*.
4. ERIOCAULON *sexangulare*.

SCIRPUS (*corymboſus*) culmo triquetro folioſo, corymbis lateralibus ſimplicibus, terminali prolifero, ſpicis ſubulatis. *Linn. ſp.* 76. *Amoen. acad.* 4. *p.* 303.
Kudira-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 97. *t.* 43.
Malabar foliis ſtellatim dentatis. *Petiv. gazoph.* 361. *t.* 54. *f.* 11.?
Habitat in Malabara.

SCIRPUS (*cephalotes*) culmo triquetro nudo, capitulo ovato, involucro triphyllo longo. *Linn. ſp.* 76.
Bobartia ſpicis capitatis, involucro majore folioſo tectis. *Brown. jam.* 129?
Habitat in India utraque.

NARDUS (*ciliaris*) ſpica incurva ciliata. *Linn. ſp.* 78.
Habitat in India.

DIGYNIA.

BOBARTIA (*indica*). *Linn. ſp.* 78.
Bobartia ſpicis capitatis, involucro folioſo. *Linn. fl. zeyl.* 41. *Amoen. acad.* 1. *p.* 388.
Scirpus madaraſpatanus, capitulo ſquamoſo ſubrotundo. *Scheuch. gram.* 369.
Habitat in India.

SACCHARUM (*officinarum*) floribus paniculatis. *Linn. ſp.* 79. *Roy. lugdb.* 52.
Arundo ſacchariſera. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 108. *t.* 66. *Rumph. amb.* 5. *p.* 186 *t.* 74. *f.* 1. *Bauh. pin.* 18 *theatr.* 293.
In aquoſis utriusque Indiæ locis habitat.

SACCHARUM (*ſpicatum*) floribus ſpicatis, foliis undatis. *Linn. ſp.* 79. *Tab.* 9. *f.* 2.
Gramen paniculatum breviſolium criſpum, ſpica purpurea-ſericea, madaraspatanum. *Plukn. alm.* 177. *t.* 119. *f.* 1.
Alopecurus malabarica, foliis undulatis, ſpica prætenui. *Scheuz. gram.* 91.
Tjeria kuren-pulla. *Rheed. mal.* 12. *p.* 117. *t.* 62.
α Saccharum floribus ſpicatis, foliis lanceolatis ſtrigoſis.
β Saccharum floribus ſpicatis, foliis linearibus gramineis.
Habitat in petroſis Indiæ locis.

α & β Specimina ex Java miſſa differunt foliis gramineis linearibus lanceolatis ſtrigoſis, non undulatis ut in *Rheede*, & *Plukn.* figuris, adeo ut ſpeciem alteram conſtituere videantur, niſi floreſcentia cum ſpicato plane conveniret.

PASPALUM (*diſtichum*) ſpicis duabus, altera ſubſeſſili, floribus acuminatis. *Linn. ſp.* 82.
Habitat in Indiis.

PA-

PANICUM (*alopecuroideum*) ſpica tereti, involucris ſetaceis, baſi ciliatis fasciculatis unifloris, floſculo quadruplo longioribus. *Linn ſp.* 82.
Gramen indicum alopecuroides holoſericeum majus, ſpica longa pappeſcente. *Plukn. alm.* 177. *t.* 92. *f.* 5.
Kerpa. *Rheed. mal.* 12. *p.* 85. *t.* 46.
Habitat in Indiis.

Javanica cum figura *H. Malab.* convenit nec niſi magnitudine, quæ duplo minor, ut ſæpius in *H. Malab.* figuris obtinet, differt. *culmus* villoſus, *ſpica* compreſſa *ſetis* ſericeis, *ſeminibus* ex nigro ſplendentibus.

PANICUM (*polyſtachion*) ſpicis teretibus, involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, culmis erectis ſuperne ramoſis. *Linn. ſp.* 82. ubi deſcr.
Schoenanthus amboinenſis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 181. *t.* 72. *f.* 2.
Gramen dactylon, multiplici panicula, ſpicis ab eodem exortu geminis. *Plukn. phyt.* 175. *t.* 92. *f.* 2.
β Gramen avenaceum madaraſpatanum panicula ſparſa, ariſtis longioribus donata. *Plukn. phyt.* 174. *t.* 191. *f.* 3.
Gramen caricoſum alterum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 7. *f.* 2. ß.
Rompot pallias javanis.
Habitat in Amboina.

PANICUM (*glaucum*) ſpica tereti, involucellis bifloris faſciculato-ſetoſis, ſeminibus undulato-rugoſis. *Linn. ſp.* 83. *Fl. zeyl.* 44.
Gramen typhoides album. *Burm. zeyl.* 111.
Panicum ſpica ſimplici, ariſtis aggregatis floſculo ſubjectis. *Gron. virg.* 134.
Habitat in Indiis.

PANICUM (*italicum*) ſpica compoſita, ſpiculis glomeratis, ſetis mixtis, pedunculis hirſutis. *Linn. ſp.* 83. *Roy. lugdb.* 54. *n.* 2. *Gron. virg.* 134.
Panicum indicum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 202. *t.* 75. *f.* 2.
Panicum italicum. ſ: panicula majore. *Bauh. pin.* 27. *theatr.* 519.
Habitat in Indiis.

Tab. 12. *f.* 1. PANICUM (*hirtellum*) ſpica compoſita, ſpiculis appreſſis alternis, calycibus geminis, valvulis omnibus ariſtatis, ariſta extima longiſſima. *Linn. ſp.* 83. *Amoen. acad.* 5. *p.* 391. ubi deſcr.
Panicum ſylveſtre, panicula rariori, ſpecillis longioribus uno verſu floridis. *Brown. jam.* 133.
Habitat in Indiis utrisque.

In Javanica *caudes* procumbentes glaberrimi. *folia* brevia ovato-lanceolata plana; *vaginis* foliis longioribus, *ſcapus* erectiuſculus, *ſpicæ* ſecundæ ſubſeſſiles ariſtatæ.

PA-

PANICUM (*crus corvi*) ſpicis alternis ſecundis, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ſubariſtatis hiſpidis, rachi trigona. *Linn. ſp.* 84.
Habitat in Indiis.

PANICUM (*colonum*) ſpicis alternis ſecundis muticis ovatis ſcabris, rachi teretiuſcula. *Linn. ſp* 84. ubi deſcr.
Gramen paniceum minus, ſpica divulſa inſulæ barbadenſis. *Plukn. alm.* 174. *t.* 189. *f.* 5.
Gramen paniceum minimum humiſtratum, ſpica diviſa mutica, foliis variegatis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 64. *f.* 3. *Ehret. pict. t.* 3. *f.* 3.
Hippogroſtis amboinica. *Rumph. amb.* 6. *p.* 14. *t.* 5. *f.* 2.
Creſcit in utriſque Indiis.

Caul erectus. *Fol.* ſpithamea, *Scapus* erectus ſimplex, *Spicis* alternis erectis ſeſſilibus glaberrimis, numero ſex.

PANICUM (*compoſitum*) ſpica compoſita, ſpiculis linearibus ſecundis, floſculis geminis remotis, calycibus ariſtatis. *Linn. ſp.* 84. *Fl. zeyl.* 42.
Gramen zeylanicum, ex una parte ariſtis donatum, ſpica diviſa. *Herm. muſ. zeyl.* 36.
Habitat in Zeylona.

PANICUM (*dimidiatum*) ſpica dimidiata ſecunda, rachi lineari membranacea, extrorſum floſculis aggregatis. *Linn. ſp* 84. *Tab.* 8. *f.* 3.
Gramen bermudienſe frumentaceum, foliis brevibus obtuſis, ſpica craſſiuſcula compreſſa antrorſum gemino verſu granifera. *Plukn. phyt.* 174. *t.* 244. *f.* 6.
Gramen floridum luteum, capitulis ſquamatis majus. *Burm. zeyl.* 109.
Mothutu. *Herm. zeyl.* 50. *Linn. zeyl.* 207.
Habitat in India.

PANICUM (*ſanguinale*) ſpicis digitatis, baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Linn. ſp.* 84. *Roy. lugdb.* 55. *no.* 6. *Tab.* 10. *f.* 1.
Gramen dactylon majus repens, foliis hirſutiſſimis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 34. *t.* 65.
Gramen dactylon majus, panicula longa, e ſpicis plurimis gracilibus longis conſtante. *Sloan. hiſt. jam.* 113. *t.* 70. *f.* 3. cum qua Javanica penitus convenit.
Habitat in India utraque.

PANICUM (*lineare*) ſpicis digitatis ſubquaternis linearibus, floſculis ſolitariis ſecundis muticis. *Linn. ſp.* 85. *Tab.* 10. *f.* 2.

Gramen dactylon, panicula longa, ſpicis plurimis gracilioribus & longis. *Sloan. hiſt. jam. t. 70. f. 3.*

Specimina ex India miſſa variant ſpicis ſæpe binis linearibus & floſculis alternis.

Tab. 10. f. 2. PANICUM (*patens*) panicula oblonga patente, calycibus bifloris, foliis lineari-lanceolatis. *Linn. ſp. 86.*
Gramen pratenſe Indiæ orientalis noſtrati ſimile, panicula elegantiore. *Plukn. mant. 96. Ray. hiſt. 3. p. 616.*
Hippogroſtis amboinenſis. *Rumph. amb. 6. t. 5. f. 3.*
Tſiama-pullu. *Rheed. mal. 12. p. 75. t. 41.*

Specimina javanica melius conveniunt cum *Rumph.* quam cum *Rheed.* figura, cujus folia longiora.

PANICUM (*miliaceum*) panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubeſcentibus. *Linn. ſp. 86.*
Milium ſemine luteo & albo. *Bauh. pin. 26. theatr. 502.*
Milium indicum, arundinaceo folio, granis flaveſcentibus. *Raj. hiſt. 3. p. 598.*
Habitat in India.

PANICUM (*punctatum*) panicula laxa patente, floſculis muticis alternis, foliis linearibus.
Gramen paniceum, multiplici ſpica, madaraſpatanum. *Plukn. phyt. 174. t. 191. f. 1.*
Habitat in India.

PANICUM (*brevifolium*) paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis. *Linn. ſp. 87.*
Panicum miliaceum, latiore folio, maderaſpatanum. *Plukn. alm. 176. t. 189. f. 4.*
Gramen miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicula capillacea, ſemine albo. *Sloan. hiſt. jam. 1. p. 115. t. 72. f. 3.*
Gramen tremulum minus, Itana zeylonenſibus. *Burm. zeyl. 111.*

Tab. 11. f. 1. PANICUM (*repens*) panicula virgata, foliis divaricatis. *Linn. ſp. 87.* ubi deſcr.
Habitant in Java.

Paniculæ racemi alterni in nullo ſpecimine ramoſi occurrunt, qui in noſtris ſex vel octo numero obſervantur.

ALOPECURUS (*hordeiformis*) racemo ſimplici, floſculis ariſtis circumvallatis. *Linn. ſp. 90.* ubi deſcr.
Habitat in Indiis.

ALO-



1. PANICUM *sanguinale*.
3. ——— *lineare*.
2. ——— *patens*.



1. PANICUM *sanguinale*.
3. ——— *lineare*.
2. ——— *patens*.



1. *PANICUM* repens.
2. *POA* malabarica.
3. —— chinensis.



1. PANICUM repens.
2. POA malabarica.
3. —— chinensis.

ALOPECURUS (*typhoides*) racemo ſimplici, floſculis muticis.
Gramen alopecuroides, ſpica maxima Indiæ orientalis. *Plukn. almag.* 174. *t.* 32. *f.* 4.
Gramen alopecuroides indicum maximum. *Raj. hiſt.* 600.

AGROSTIS (*indica*) panicula contracta mutica, racemis lateralibus erectis alternis. *Linn. ſp.* 94. ubi deſcr.
Gramen pratenſe, panicula & foliis anguſtiſſimis, ſpicis brevibus muticis, locuſtis minimis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 115. *t.* 73. *f.* 1.
Gramen ſecalinum indicum, ſpica gracili tomentoſa, ariſtis longioribus ad ſe invicem intortis. *Plukn. phyt.* 175. *t.* 191. *f.* 5.
Creſcit in Indiis utriſque.

AGROSTIS (*radiata*) ſpicis ſubquinis cruciatis, baſi villoſis, valvulis petaloideis ariſtatis. *Linn. ſp.* 94. *Amoen. acad.* 5. *p.* 392.
Gramen cruciatim aſſurgens, ſpicis ſubhirſutis tenuioribus & longioribus deorſum frugiferis. *Brown. jam.* 137.
Gramen dactylon, ſpicis gracilioribus plerumque quatuor cruciformiter diſpoſitis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 111. *t.* 68. *f.* 3.
Gramen dactylon americanum cruciatum. *Plukn. phyt.* 175. *t.* 189. *f.* 7.?
Habitat in Indiis.

AIRA (*indica*) ſpica ſubovata ſecunda, floſculis obtuſis muticis, foliis planis. *Linn. ſp.* 94. ubi deſcr.

POA (*amabilis*) panicula patente, ſpiculis octifloris linearibus. *Linn. ſp.* 100. *Fl. zeyl.* 46.
Gramen amoris alterum, paniculis ſtrigoſioribus magisque ſparſis. *Plukn. alm.* 176. *t.* 92. *f.* 2.
Gramen amoris minus. *Burm. zeyl.* 105.
Habitat in India.

POA (*malabarica*) paniculæ ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, ſeminibus diſtantibus, culmo repente. *Linn. ſp.* 100. *Tab.* 11. *f.* 2.
Gramen miliaceum ſylvaticum maximum, ſemine albo. *Sloan. hiſt. jam.* 114. *t.* 7. *f.* 3.
Habitat in Malabara & Java.

Folia lanceolato-ovata. *Panicula* laxa. *Flores* alterni ſeſſiles.

POA (*chinenſis*) paniculæ ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, ſeminibus imbricatis, culmo erecto. *Linn. ſp.* 100. ubi deſcr. *Tab.* 11. *f.* 3.
Habitat in India.

Scapus pedalis. *Racemi* per intervalla diſtantes ſæpius ſex lineares ſtricti, *floſculis* alternis.

POA (*tenella*) panicula oblonga capillari ſubverticillata, floſculis ſexfloris minutiſſimis. *Linn. ſp.* 101.
Gramen paniculatum, locuſtis tenuiſſimis ſubrotundis. *Burm. zeyl.* 110. *t.* 47. *f.* 3.
Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatiore. *Plukn. alm.* 176. *t.* 300. *f.* 2.
Gramen fumi. *Rumph. amb.* 6. *t.* 4. *f.* 3.
Gramen amoris, paniculis rotundis tenuiſſimis. Rompot Javan dictum D. *Kleinhof.*
Habitat in India.

UNIOLA (*mucronata*) ſpica diſticha, ſpiculis ovatis, calycibus ſubariſtatis. *Linn. ſp.* 104. ubi deſcr.
Habitat in India.

Tab. 12. *f.* 2. DACTYLUS (*lagopoides*) ſpica compreſſa ſimplici, foliis divaricatis pungentibus.
Gramen geniculatum, foliis brevibus, aculeos mentientibus. *Plukn. phyt.* 177. *t.* 189. *f.* 3.
Gramen dactyloides javanicum. *Garzin. herb.*
Gramen typhoides album. *Burm. zeyl.* 111.

Culmi palmares procumbentes teretes læves, *ſpicis* magnitudine unguis, ſolitariis compreſſis. *Folia* vaginantia divaricata pungentia.

Tab. 12. *f.* 3. DACTYLUS (*geniculatus*) culmo geniculato, ſpicis diſtichis ternis, foliis linearibus plicatis mucronatis.
Gramen geniculatum junceum minus. *D. Pryon.*
Habitant in Java.

Culmi geniculati ramoſi vaginati. *Folia* alterna linearia, *vaginis* caules inveſtientia. *Spicæ* terminales tres diſtichæ erectæ, *floſculis* alternis.

CYNOSURUS (*ægyptius*) ſpicis quaternis obtuſis patentibus dimidiatis, calycibus mucronatis, caule repente. *Linn. ſp.* 106. *Roy. lugdb.* 64. *n.* 4.
Gramen iſchæmum malabaricum ſpecioſius, longioribus mucronatis foliis. *Plukn. alm.* 175. *t.* 300 *f.* 8.
Gramen dactylon ægyptiacum. *Bauh. pin.* 7. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 184. *f.* 8. *t.* 3. *f.* 7. *Scheuz. gram.* 109.

Planta Javanica vix pedalis.

CYNOSURUS (*indicus*) ſpicis digitatis linearibus, culmis compreſſis declinatis, baſi nodoſis, foliis alternis. *Linn. ſp.* 106. *Roy. lugdb.* 65. *n.* 5.
Gra-



1. PANICUM hirtellum.
2. DACTYLUS lagopoides.
3. ——— geniculatus.

Gramen dactyloides, ſpicis deorſum ariſtatis. *Burm. zeyl.* 106. *t.* 47. *f.* 1.
Gramen vaccinum fæmina. *Rumph. amb.* 6. *p.* 10. *t.* 4. *f.* 2.
Kavata-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 131. *t.* 69.
Habitat in Indiis.

CYNOSURUS (*coracanus*) ſpicis digitatis incurvatis, culmo erecto compreſſo; foliis ſuboppoſitis. *Linn. ſp.* 106. ubi deſcr.
Gramen dactylon orientale majus frumentaceum, ſemine napi, coracan cingalenſibus. *Plukn. alm.* 174. *t.* 91. *f.* 5.
Gramen dactylon ægyptiacum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 110.
Gramen dactylon americanum minus. *Scheuz. gram.* 107.
Gramen dactyloides, fructu eſculento. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 606.
Panicum gramineum, ſ. Naatsjoni. *Rumph. amb.* 5. *p.* 203. *t.* 76. *f.* 2.
Noem & ſabil. *Veſling. ægypt.* 52. *t.* 53.
Tſitti-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 149. *t.* 78.
Coracan cinghalenſibus. *D. Knox. itin. p.* 11.
Habitat in Indiis.

CYNOSURUS (*lagopoides*) culmo folioſo, ſpicis conicis pedunculatis ſolitariis villoſis.
Amaranthoides ſpicatum indicum ramoſiſſimum, ſpergulæ foliis, ſpica alopecuroide incarnata. *Plukn. amalth.* 13. t. 357. *f.* 4.
Graminis ſpecies, Canna Pouloe incolis dicta. *D. Outgaerden.*
Habitat Coromandeli.

Rad. alba. *Caul.* erectiuſculus teres folioſus, *ramis* ſparſis ſæpe ſolitariis. *Fol.* lanceolata magnitudine unguis. *Pedunc.* terminales. *Spica* conica compreſſa. *Color* totius plantæ cinereus.

STIPA (*arguens*) ariſtis nudis, bracteis baſi barbatis, floſculis ſeſſili-faſciculatis. *Linn. ſp.* 117. ubi deſcr.
Gramen arguens. *Rumph amb.* 6. *p.* 15. *t.* 6. *f.* 1.
β Gramen æthiopicum, panicula molli virente, ariſtis criſpatis longioribus fuſcis. *Plukn. phyt.* 176. *t.* 300. *f.* 1.
Janjan marap. javanis.
Habitat in Indiis.

STIPA (*littorea*) bracteis lanceolatis, floribus umbellato faſciculatis, foliis vaginantibus recurvatis canaliculatis cuſpidatis.
Cyperus littoreus echinato capite. *Rumph. amb.* 6. *p* 6. *t.* 2. *f.* 2.
Gramen diſtacophoron, ſpica turgida criſtata. *Burm. zeyl.* 107.
Ily-mallu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 143. *t.* 75.
Rompot laut javanis.

Rad. repens. *Culmus* bipedalis erectus teres foliatus geniculatus, *ramis* deflexis ſulcatis rigidis. *Fol.* vaginantia recurvata ſpithamea canaliculata rigida cuſpidata nitida. *Floreſcentia* capitulum. *Bracteæ* lanceolatæ. *Flores* umbellato-faſciculati. *Glumæ* bivalves, *ſetis* palmaribus hiſpidis.

LAGURUS (*paniculatus*) paniculæ ramis ſupradecompoſitis proliferis. *Linn. Fl. zeyl. n.* 45.
Arundo zeylanica farcta, odore & ſapore Calami aromatici. *Burm. zeyl. p.* 35.
Arundo indica odorata. *Grimm. labor. zeyl. p.* 120.
Calamus odoratus Matthioli. *Bauh. pin.* 17.
β Arundo farcta. *Rumph. amb.* 4. *p.* 22. *t.* 6.
Habitat in Zeylona.

ARUNDO (*Bambos*) calycibus multifloris, ſpicis ternis ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 120. *Fl. zeyl.* 47.
Arundo arbor. *Bauh. pin.* 18. *Roy. lugdb.* 67. *n.* 6.
Arundo indica arborea maxima, cortice ſpinoſo, Tabaxir fundens. *Burm. zeyl.* 35.
Arundo tabaxifera. *Dale pharm. ſuppl.* 251.
Tabaxir & Mombu arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 222.
Ily. *Rheed. mal.* 1. *p.* 25. *t.* 16.
Habitat in India utraque.

Plures *Arundinis* ſpecies in herbario occurrunt, quæ foliatura inprimis differunt, & a Javanis diſtinguuntur ſub nominibus *Bamboeſe*, quæ *Bambos. Bamboe Tamble*, quæ genubus longioribus, foliatura latiore. *Bamboe Apoes Gittik*, quæ genubus admodum brevibus, foliis longis lineari lanceolaris. *Bamboe Ampal*, quæ parum ab europæa differt. *Bamboe china*, quæ *Beesba. Rheed. mal.* 5. *p.* 119. *t.* 60. Pluresque aliæ, absque nominibus tranſmiſſæ, quæ absque dubio pro diſtinctis ſpeciebus habendæ forent; cum vero omnes absque fructificatione occurrant, nil certi de illis determinare audeo, iisque relinquo, quibus viventes examinare licebit.

TRIGYNIA.

ERIOCAULON (*triangulare*) culmo triangulari, foliis enſiformibus, capitulo ovato. *Linn. ſp.* 128.
Plantaginella aurea alopecuroides braſiliana, foliis gramineis. *Breyn. cent. t.* 50. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 259. *ſ.* 8. *t.* 16. *f.* 17.
Habitat in Braſilia.

ERIOCAULON (*quinquangulare*) culmo quinquangulari, foliis enſiformibus, calyce univerſali pentaphyllo. *Linn. ſp.* 129. *Fl. zeyl.* 48.
Scabioſa graminea nudicaulis, capitulis argenteis: ſeu ſtatice minima madaraſpatana. *Plukn. alm.* 366. *t.* 221. *f.* 7.
Rhandalia madaraſpatana, graminis folio, globulifera. *Petiv. muſ. no.* 796.
Habitat in India.

ERIO-

ERIOCAULON (*ſexangulare*) culmo ſexangulari, foliis enſiformibus. *Linn. ſp.* 129. *Fl. zeyl.* 49. *Tab.* 9. *f.* 4.
Gramen junceum Indiæ orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis ſpiculis in cacumine caulis glomerato. *Plukn. mant.* 98.
Gramen junceum, chamemæli capitulis albis aphyllis. *Burm. zeyl.* 108.
Gramen indicum, capitulis tomentoſis. *Herm. muſ. zeyl.* 17.
Habitat in Zeylona.

ERIOCAULON (*ſetaceum*) culmo ſexangulari, foliis ſetaceis. *Linn. ſp.* 129.
Rhandalia malabarica, capillaceo folio. *Petiv. gazoph.* 344. *t.* 53. *f.* 10.
Gramen junceum, foliis capillaceis ſericeis, capitulis minimis rotundis. *Burm. zeyl.* 109.
Graminifolia aquatica indica, cauliculis nudis, capitula rotunda geſtantibus. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 604.
Tſieru kotſijelleti pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 129. *t.* 68.
Habitat in aquoſis Indiæ locis.

HOLOSTEUM (*hirſutum*) foliis orbiculatis hirſutis. *Linn. ſp.* 130.
Habitat in Malabara.

MOLLUGO (*oppoſitifolia*) foliis oppoſitis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. *Linn. ſp.* 131.
Alſine ſpergulæ facie bengalenſis, foliis anguſtis ad genicula binis, floſculis plurimis ad caulem radiatis, ſemine minutiſſimo fulvo. *Plukn. phyt.* 21. *t.* 75. *f.* 6.
Alſine madurenſis, ſpergulæ facie. *Herb. Garzin.*
Creſcit in Zeylona.

Adhibetur in acetariis loco lactucæ. *Herm. muſ.* 4.

MOLLUGO (*ſtricta*) foliis ſubquaternis lanceolatis, racemis paniculatis. *Linn. ſp.* 131. ubi deſcr.

MOLLUGO (*pentaphylla*) foliis quinis obovatis æqualibus, floribus paniculatis. *Linn. ſp.* 131. *Fl. zeyl.* 51.
Alſine ramoſa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm. zeyl.* 13. *t.* 8. *f.* 1.
Alſine zeylanica ſylveſtris repens, floribus albis. *Hartog. herb.*
Alſine ramoſa procumbens quadrifolia, floribus albis. *D. Pryon.*
Habitat in Zeylona & Java, unde miſſa foliis quaternis lanceolatis.

MOLLUGO (*ſpergula*) foliis quinis obovatis, ramis alternis, pedunculis unifloris. *Linn. ſp.* 131. ubi deſcr.
Habitat in India.

MOL-

MOLLUGO (*erecta*) foliis quinis lanceolatis inæqualibus. *Roy. lugdb.* 215. pedunculis ſubbifloris.
Alſine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl.* 13. *t.* 7.
Alſine zeylanica erecta ſylveſtris, flore albo. *Hartog. herb.*
Habitat in Zeylona.

Caules ramis dichotomis *Folia* verticillata quina vel ſex lanceolata. *Pedunc.* axillares dichotomi.

MOLLUGO (*triphylla*) foliis ternis obovatis inæqualibus, intermedio maximo, pedunculis unifloris verticillatis.
Anthyllis indica, Tithymali fructu botryoide, tricarpos, ad caulem in verticillis poſito, ternis inæqualibus foliis. *Plukn. amalth.* 17. *t.* 357. *f.* 1.
Manſjel calinier ab incolis dictum. *D. Outgaerden.*
Habitat in India.

Caul. ſpithameus ſcaber. *Fol.* terna ſubpetiolata obovata. *Flores* verticillati pednnculati ſæpe numero viginti, ad diviſuram caulis, ubi Folia erumpunt.

MOLLUGO (*paniculata*) foliis quinis obovatis, pedunculis terminalibus.
Alſine lutea ramoſiſſima pentaphylla polyanthos. *Burm. zeyl.* 12. *t.* 6. *f.* 2.
Habitat in Zeylona.

TETRANDRIA MONOGYNIA.

SCABIOSA (*prolifera*) corollulis quinquefidis radiantibus, floribus ſeſſilibus, caule prolifero, foliis indiviſis ſubſerratis. *Linn. ſp.* 144.
Scabioſa ſtellata humilis integrifolia prolifera. *Herm. par.* 223. *t.* 223.
Habitat in India.

SCABIOSA (*atropurpurea*) corollulis quinquefidis, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubulatis. *Linn. ſp.* 145.
Scabioſa peregrina rubra, capite oblongo. *Bauh. pin.* 270.
Scabioſa VI Indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 3.
Habitat in India, in hortis frequens.

HEDYOTIS (*fruticoſa*) foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis. *Linn. ſp.* 147.
Valerianella foliis nervoſis acutis, floſculis in caulium ſummo quaſi involucratis. *Burm. zeyl.* 227. *t.* 107.
Tjotjor-bebeck Javanis.
Habitat in Zeylona & Java.

HE-

HEDYOTIS (*auricularia*) foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis. *Linn. ſp.* 147. *Fl zeyl.* 64.
Valerianella paluſtris, foliis nervoſis oblongis, floſculis ad caulium nodos inter foliorum ſinus collectis. *Burm. zeyl.* 227. *t.* 108. *f.* 1.
Pulegium latifolium zeylanicum aquaticum inodorum, cauliculis atropurpureis. *Herm. herb.*
Alſinefolia indica, foliis ex adverſo binis, floſculis tetrapetalis in foliorum alis. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 424.
Muriguti. *Rheed. mal.* 10. *p.* 63. *t.* 32.
Creſcit in variis Indiæ locis.

HEDYOTIS (*herbacea*) foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. *Linn. ſp.* 147. *Fl. zeyl.* 65. ubi deſcr.
Habitat in Zeylona.

SPERMACOCE (*tenuior*) glabra, foliis lineatis, ſtaminibus incluſis. *Linn. ſp.* 147. *Roy. lugdb.* 258.
Spermacoce annuum, foliis lanceolatis glabris, floribus verticillatis. *Loefl. it.* 202.
Anonymos americana, foliis parietariæ ſcabris, floribus albis ad foliorum ortum vix conſpicuis. *Plukn. alm.* 33. *t.* 136. *f.* 4.
Crateogonium amboinicum majus. *Rumph. amb.* 6. *p.* 25. *t.* 10. quæ convenit cum planta a *D. Kleinhof* ex Java tranſmiſſa.

SPERMACOCE (*verticillata*) glabra, foliis lanceolatis, verticillis globoſis. *Linn. ſp.* 148.
Spermacoce verticillis globoſis. *Dill. elth.* 369. *t.* 277. *f.* 358.
Habitat in utraque India.

SPERMACOCE (*hiſpida*) hiſpida, foliis obovatis. *Linn. ſp.* 148.
Galeopſis zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Burm. zeyl.* 163. *t.* 20. *f.* 3.
Digitalis forte aſpera repens rotundifolia. *Burm. zeyl.* 88.
Sideritis aſpera rotundifolia indica repens minor, floſculis minimis pallide cæruleis. *Herm. zeyl.* 3.
Tardavel? *Rheed. mal.* 9. *p.* 149. *t.* 76.
Nattei tjourie incolis.
Creſcit in Zeylona & Java.

Folia in omnibus ſpeciminibus obovata undulata, apice obtuſa.

SPERMACOCE (*corymboſa*) procumbens, foliis linearibus, corymbis lateralibus pedunculatis. *Linn. ſp.* 149. ubi deſcr.
Habitat in India.

Tab. 13. f. 1. SPERMACOCE (*ocymoides*) glabra, foliis ovatis acuminatis.
Sajor Babi Javanis. *D. Kleinhof.*

Medium inter tenuiorem & hiſpidum tenet locum, differtque inprimis, *caule* glabro quadrangulari, *foliis* ovatis acuminatis tomentoſis, *verticillis* ſeſſilibus confertis.

Tab. 13. f. 2. KNOXIA (*zeylanica*). *Linn. ſp.* 151. *Fl. zeyl.* 400.
Veronicæ adfinis indica tenuifolia, floſculis in caliculis barbatis, ſummo caule fere umbellatis. *Plukn. phyt.* 384. *t.* 114. *f.* 2.
Dentillaria zeylanica, flore minimo, antirrhinifolio, wiſſaduli zeylonenſibus. *Raj. ſuppl.* 246. *Burm. zeyl.* 86.
Lychnis indica ſylveſtris, floſculis niveis tenellis, wiſſaduch cinghalenſium. *Herm. herb. Burm. zeyl.* 144.
Habitat in Zeylona.

SIPHONANTHUS (*indica*). *Linn. ſp.* 159.
Siphonanthus ſalicis folio, flore flaveſcente. *Amm. ruth.* 1736. *p.* 214. *t.* 15.
Habitat in India.

IXORA (*coccinea*) foliis ovalibus ſemiamplexicaulibus, floribus faſciculatis. *Linn. ſp.* 159. *Fl. zeyl.* 22.
Jaſminum flore tetrapetalo, Ixora Linnæi, Schetti. *H. mal. Burm. zeyl.* 125. *t.* 57.
Jaſminum indicum lauri folio inodorum umbellatum, floribus coccineis. *Plukn. alm.* 196. *t.* 59. *f.* 2.
Arbor indica lauri amplioribus foliis obtuſis. *Plukn. mant.* 20. *t.* 364. *f.* 1.
Flamma ſylvarum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 105. *t.* 46.
Schetti. *Rheed. mal.* 2. *p.* 17. *t.* 13.
Malaice d'jarong. Javanis. Ratambala cingalenſium. *Herm. herb.*
Habitat in variis Indiæ locis.

Fructus, qui proxime ceraſis accedunt, comeduntur ab incolis, & a pavonibus arripiuntur. *Herm. herb.*

IXORA (*alba*) foliis ovatis lanceolatis, floribus faſciculatis. *Linn. ſp.* 160.
Jaſminum indicum lauri folio inodorum umbellatum, floribus albicantibus & ſchetti album. *Plukn. alm.* 196. *t.* 109. *f.* 2.
Jaſminum flore tetrapetalo flavo, Bemſchetti. *H. mal. Burm. zeyl.* 126.
Jaſminum arboreſcens indicum, flore tetrapetalo umbellato, foliis longioribus & anguſtioribus. *Breyn. prod.* 2. *p.* 75.
Bemſchetti *Rheed. mal.* 2. *p.* 19. *t.* 14.
Manaer. Javanis.
Habitat in India.

Differt foliis latioribus obtuſis ut & acuminatis.

PA-

13

T. 13.



1. SPERMACOCE *ocymoides*.
2. KNOXIA *zeylanica*.
3. PAVETTA *indica*.



1. *SPERMACOCE ocymoides.*
2. *KNOXIA zeylanica.*
3. *PAVETTA indica.*

PAVETTA (*indica*). *Linn. ſp.* 160. *Tab.* 13.
Sambucus humilis zeylanica Pawatha zeylanenſibus. *Burm. zeyl.* 209. *f.* 3.
Sambucus antidyſenterica zeylanica humilis. *Herm. muſ. zeyl.* 3.
Arbor malabarienſium, fructu lentiſci. *Bauh. pin.* 399.
Pavate arbor, foliis mali aurei. *J. Bauh. hiſt.* 2. *p.* 102. *Plukn. phyt.* 283. *t.* 147. *f.* 1. foliis alternis.
Pavate. *Raj. hiſt.* 1581.
Pavetta ſive malleomothe. *Rheed. mal.* 5. *p.* 19. *t.* 10.
Flamma ſilvarum peregrina. *Rumph. amb.* 4. *p.* 106. *t.* 47.
Flos chinenſis, quod Jaſminum javanicum latifolium. *D. Kleinhof.*
β Cambong ſantel mera dicta Javanis, quæ latifolia magnitudine duplo majore differt a præcedenti.
Habitat in India.

EXACUM (*ſeſſile*) floribus ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 163. *Fl. zeyl.* 61.
Centaurium zeylanicum minus. *Burm. zeyl.* 57.
Centaurium minus aureum, floſculis numeroſis æthiopicum. *Plukn. alm.* 57. *t.* 275. *f.* 3.
Habitat in Aſia & Africa.

EXACUM (*pedunculatum*) frondibus pedunculatis. *Linn. ſp.* 163.
Lyſimachia caule ter tripartito. *Burm. zeyl.* 146. *t.* 63. *f.* 2.
Lychnis indica Gentianæ folio febrifuga. *Petiv. muſ. no* 657.
Centaurium minus hypericoides, flore luteo, lini capitulis. *Plukn. mant.* 43. *t.* 343. *f.* 3.
Habitat in India.

PLANTAGO (*aſiatica*) foliis ovatis glabris, ſcapo angulato, ſpica floſculis diſtinctis. *Linn. ſp.* 163. ubi deſcr.
Plantago rotundifolia quinquenervia *D. Pryon*, quæ foliis integerrimis & denticulatis.
Habitat in Java & China.

PLANTAGO (*indica*) caule ramoſo herbaceo, foliis integerrimis reflexis, capitulis folioſis. *Linn. ſp.* 167. ubi deſcr.
Habitat in India & Ægypto.

CISSUS (*vitiginea*) foliis cordatis ſubquinquelobis tomentoſis. *Linn. ſp.* 170. *Fl. zeyl.* 60.
Vitis maderaſpatana, fructu azureo, folio ſubrotundo & anguloſo. *Petiv. muſ. n.* 696.

Arbuſcula baccifera circumplicatilis, folio ſubtus lanato, fructu racemoſo fervidiore odoro. *Plukn. mant.* 27. *t.* 337. *f.* 2.
Funis crepitans. *Rumph. amb.* 5. *p.* 416. *t.* 164.
Schunambu-valli. *Rheed. mal.* 7. *p.* 21. *t.* 11.
Ghalberya. *Burm. zeyl.* 105. Galing Galing Javanis.
Habitat in India.

CISSUS (*acida*) foliis ternatis oblongis carnoſis inciſis. *Linn. ſp.* 170.
Sicyos trifoliata. *Linn. ſp.* 1. *p.* 1013.
Iſiola triphylla ſcandens & claviculata, foliis craſſis ſerratis. *Brown. jam.* 147.
Bryonia alba triphylla geniculata, foliis craſſis acidis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 233. *t.* 142. *f.* 6.
Bryonioides trifoliatum indicum, foliis ſucculentis craſſis & crenatis. *Plukn. alm.* 71. *t.* 152. *f.* 2.
Narralei incolis Coromandeli.
Habitat in India utraque.

FAGARA (*Piperita*) foliolis crenatis. *Linn. ſp.* 172.
Piper Japonicum ſio & ſanſio. *Kæmph. amoen.* 892. *t.* 893.
Habitat in Japonia.

TOMEX (*tomentoſa*). *Linn. ſp.* 172. *Fl. zeyl.* 59. ubi deſcr.
Arbor malabarica, Illa dicta, cujus cortice Indi veſcuntur, defectu foliorum Beteles. *Burm. zeyl.* 26.
Habitat in Zeylona & Malabara.

PTELEA (*viſcoſa*) foliis ſimplicibus. *Linn. ſp.* 173.
Triopteris erecta fruticoſa, foliis oblongis acuminatis, ramulis gracilibus. *Brown. jam.* 191. *t.* 18. *f.* 1.
Dodonæa. *Linn. H. cliff.* 144. *Fl. zeyl.* 141. *Roy. lugdb.* 206. *Jacquin. amer.* 19.
Carpinus viſcoſa, ſalicis folio integro oblongo. *Burm. zeyl.* 55. *t.* 23.
Caryophyllaſter littoreus. *Rumph. amb.* 4. *p.* 110. *t.* 50.
Arbuſcula viſcoſa, Eleagni foliis læte virentibus, americana tricoccos. *Plukn. phyt.* 43. *t.* 141. *f.* 1.
Aceri ſ. Paliuro affinis, anguſto oblongo liguſtri folio, flore tetrapetalo herbaceo. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 27. *t.* 162. *f.* 3. *Raj. dendr.* 94.
Staphylodendron, foliis lauri anguſtis. *Plum. ic. t.* 247. *p.* 245.
Habitat in locis arenoſis utriusque Indiæ.

LUDWIGHIA (*alternifolia*) foliis alternis lanceolatis. *Linn. ſp.* 173.
Ludwighia capſulis ſubrotundis. *Linn. H. cliff.* 491. *Roy. lugdb.* 252. *n.* 1. *Gron. virg.* 17.

Ly-

14

T. 14.



1. OLDENLANDIA tenuifolia.
2. BORAGO zeylanica.
3. CAPRARIA uniflora.



1. *OLDENLANDIA tenuifolia.*
2. *BORAGO zeylanica.*
3. *CAPRARIA uniflora.*

Lyſimachia non pappoſa, flore luteo majore, ſiliqua caryophyloide minore ex virginia. *Plukn. alm.* 235. *t.* 203. *f.* 2.
Frutex ſaligneis foliis, caule purpureo, capſularis. *Plukn. amalth.* 99. *t.* 412. *f.* 1.
Panu incolis.
Habitat in utraque India.

LUDWIGHIA (*perennis*) foliis oppoſitis lanceolatis, capſulis pedunculatis. *Linn. ſp.* 173. *Fl. zeyl.* 66.
Lyſimachiæ ſpecies, fructu caryophylloideo. *Burm. zeyl.* 146.
Carambu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 95. t. 49. foliis alternis.
Seroeni ayer kitsjil Javanis.
Habitat in variis Indiæ locis.

LUDWIGHIA (*trifolia*) foliis ternis ovato-lanceolatis, floribus terminalibus pedunculatis.
Doedoek Javanis.

Rad. fibroſa. *Caul.* herbaceus ſpithameus erectus ſtriatus lævis. *fol.* oppoſita petiolata terna, ex quorum alis *pedunc* terminales pollicares, ubi *bracteæ* ovatæ. *Flores* propriis pedicellis inſtructi, gemelli.

OLDENLANDIA (*tenuifolia*) pedunculis unifloris alternis, foliis linearibus, pedunculo longioribus. *Tab.* 14. *f.* 1.
Alſine indica tenuifolia, floſculis ſolitariis albicantibus. D. *Fryon.*
Parpadagam. *Rheed. mal.* 10. *p.* 69. *t.* 35.
Habitat in Java.

Caules ſpithamei procumbentes. *Fol.* oppoſita linearia, pedunculis duplo longiora. *Pedunc.* axillares alterni ſolitarii breviſſimi uniflori. *Fl.* albicantes.

OLDENLANDIA (*biflora*) pedunculis bifloris, petiolo longioribus, foliis lanceolatis. *Linn. ſp.* 174. *Fl. zeyl.* 68.
Antirrhinum humile anguſtifolium, floſculo gemello, ex alis foliorum producto. *Burm. zeyl.* 22. *t.* 11.
Antirrhinum indicum purpureum puſillum. *Herm. zeyl.* 47.
Alſine folio oblongo. D. *Kleinhof.*
Alſine zeylanica. *D. Garzin.* quæ magnitudine & foliis latioribus differt.
Habitat in India, præſertim in Zeylona.

OLDENLANDIA (*umbellata*) umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. *Linn. ſp.* 174. *Fl. zeyl.* 67.
Rubeola zeylanica, Elarathmil dicta. *Burm. zeyl.* 208.
Lyſimachiæ adfinis ſaturejæ foliis maderaſpatenſis, capſulis in ſummitate fere umbellatis. *Plukn. alm.* 236. *t.* 119. *f.* 4.

Rubeola maritima indica molluginis folio, cinghalenſibus Ratmul, id eſt radix rubra, aliis Tſeija, & a Baldeo in deſcr. *Malab.* Eſſaye vocatur. *Hermann. herb.*

Habitat in India.

Rad. fibroſa extus alba intus ruberrima. *Caul.* palmares procumbentes dichotomi. *Fol.* ſubquaterna lineari-lanceolata. *Pedunc.* terminales & axillares alterni umbellati; *pedicellis* ex ſingula umbella 5. v. 6 bifloris.

Radix notiſſima eſt pictoribus indicis ad ingenda lintea. *Herm. herb.*

Tab. 15. *f.* 1. OLDENLANDIA (*paniculata*) pedunculis terminalibus paniculatis, foliis ovali lanceolatis. *Linn. ſp. app.* 1667. ubi deſcr. 1762.

Tjeru-tsjonganam pullu. *Rheed. mal.* 10. *p.* 51. *t.* 26. at cor. quinquefida, folia terna?

Habitat in India.

Caul. pedales, erectiuſculi. *Fol.* oppoſita ſubpetiolata ovali-lanceolata pollicaria. *Pedunc.* terminales dichotomi biflori.

Tab. 15. *f.* 2. OLDENLANDIA (*repens*) caule repente, foliis obovatis petiolatis, axillaribus floſculis.

Alſine ſpergula Indiæ orientalis, cauliculis piloſis, calyce ſpinulis aureis pro ſtaminibus referto, ad ortum foliorum ſingulatim ſeſſili. *Plukn. amalth.* 10. *t.* 356. *f.* 5.

Neladsjira. *Rheed. mal.* 10. *p.* 61. *t.* 31.

Amat loca paludoſa Coromandeli, ubi Nier madalei dicitur.

Rad. annua fibroſa. *Caul.* palmaris procumbens teres ruber, ramis divergentibus. *Fol.* oppoſita petiolata obovata glabra plana. *Pedunc.* ex omni axilla ſolitarii breviſſimi uniflori, qui in horto malabarico terminales.

AMMANNIA (*ramoſior*) foliis ſubpetiolatis, caule ramoſo. *Linn. ſp.* 175.

Samolus maderaſpatanus floridus, verticillis plurimis denſe ſtipatis. *herb. Petiv.* cujus manu notatur: Lapathum anthoxanthi ſummis ramulis aliquatenus accedens Indiæ orientalis. Kalureeve malabarorum. *Plukn. mant.* 112. *&* *alm.* 205. *act. philoſ.* 591. *n.* 264. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 551.

Lapathum aquaticum luteoli folio. *Boccon. muſ. t.* 104.

Blitum anguſtifolium verticillatum. *Boccon. muſ. t.* 80.

Convenit deſcriptio a *Cl. Linnæo* in *ſpec.* data, niſi quod caules virides, calyces pedicellati numeroſi verticillati, optimeque quadrat cum illa *Boccone* figura. *t.* 104.

Tab. 15. *f.* 3 & 4. AMMANNIA (*baccifera*) foliis ſubpetiolatis, capſulis calyce majoribus coloratis. *Linn. ſp* 175. ubi deſcr.

Anonymos linariæ folio orientalis, Gallii lutei flore, herba capſularis verticillata. *Plukn. alm.* 33. *t.* 136. *f.* 2.

Cor-



1. OLDENLANDIA *paniculata*.
2. ——————— *repens*.
3. & 4. AMMANNIA *baccifera*.
5. COMETES *surattensis*.



1. OLDENLANDIA *paniculata*.
2. ———————— *repens*.
3. & 4. AMMANNIA *baccifera*.
5. COMETES *surattensis*.

Cornelia verticillata. *Arduin. ſp.* 2. *p.* 9. *t.* 1. quæ major.

β *Fig.* 3. eadem. ſpecies producta ex ſolo macriori, omnesque, quæ in Java & Coromandel collectæ fuere, magnitudinem harum iconum non ſuperant.

ISNARDIA (*paluſtris*). *Linn. ſp.* 176.
Dantia paluſtris. *Petit. gen.* 49. *t.* 49.
Dantia foliis ſubovatis pediculatis, floribus in foliorum alis ſeſſilibus. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 115.
Ocymophyllum. *Buxb. act.* 4 *p.* 277. *t.* 27.
Glaux major paluſtris, flore herbaceo. *Boccon. muſ.* 105. *t.* 84. *f.* 2. *Moris. præl.* 268. *Raj. hiſt.* 1102. *ſuppl.* 635.
Alſine paluſtris rotundifolia repens, foliis portulacæ pinguibus. *Lind. alſat.* 114. *t.* 2.
Oldenlandia aquatica, foliis obovatis oppoſitis, floribus ſingularibus ad alas. *Brown. jam.* 146.
Creſcit in Java, variisque regionibus.

TRAPA (*natans*) *Linn. ſp.* 175.
Trapa petiolis foliorum natantium ventricoſis. *Linn. H. cliff.* 483.
Tribulus malabaricus aquaticus, foliis ſerratis. *Plukn. alm.* 374.
Tribulus aquaticus major indicus, caulibus geniculatis, foliis amplis numeroſis, in roſæ figuram congregatis. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 619.
Tribulus aquaticus *Bauh. pin.* 194. *Camer.* 715.
Panover tsjierana. *Rheed. mal.* 11. *p.* 65. *t.* 33.
In Aſiæ ſtagnis coenoſis habitat.

COMETES (*ſurattenſis*)
Clinopodium parvum ſinicum, hirſutis majoranæ foliis coronatum. *Plukn. amalth.* 61 *t.* 380. *f.* 4. quod floribus ſeſſilibus differt. *Tab.* 15. *f.* 5.
Planta ſurattenſis & malabarica, Trifolii Lagopi capitulis. *Garzin. herb.*

Caul. pedales teretes. *Fol.* oppoſita ovalia cum acumine. *Pedunc.* bini terminales & axillares ſubalterni. *Involucrum* tetraphyllum foliolis oblongis hiſpidiſſimis triflorum *floſculis* ſeſſilibus: cujusvis floſculi *Petala* quatuor oblonga æqualia obtuſe erectiuſcula. *Stam. filamenta* quatuor membranacea ſetacea longitudine corollæ, *Antheræ* ſubrotundæ parvæ. *Piſt. germen* oblongum. *ſtylus* capillaris longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum.

ELÆAGNUS (*latifolia*) foliis ovatis. *Linn. ſp.* 177. *Fl. zeyl.* 58. *Roy. lugdb.* 250 *no.* 2.
Elæachnus foliis rotundis maculatis. *Burm. zeyl.* 92. *t.* 39. *f.* 2.
Olea ſylveſtris zeylanica, argenteo folio. *Plukn. alm.* 269.
Zizyphus zeylanica argentea, ſpinis carens. *Herm. prodr.* 386.
Zizyphus zeylanica argentea, mali cotonei folio. *Raj. deudr.* 44.

β Eleag-

β Elæagnus foliis oblongis acuminatis maculatis. *Burm. zeyl.* 92. *t.* 39. *f.* 1.
Habitat in Zeylona.

SALVADORA (*perſica*). *Linn. ſp.* 178. *Garzin. act. angl.* 1749. *n.* 491.
Rivina paniculata. *Linn. ſyſt.* 10. *p.* 899.
Habitat in India, ad ſinum Perſicum.

TETRAGYNIA.

ILEX (*aſiatica*) foliis lato-lanceolatis obtuſis integerrimis. *Linn. ſp.* 11.
Habitat in Aſia.

COLDENIA (*procumbens*). *Linn.* 182. *Fl. zeyl.* 69.
Teucrii facie bisnagarica tetracoccus roſtrata. *Plukn. alm.* 363. *t.* 64. *f.* 6. *Raj. ſuppl.* 281. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 423. *Raj. ſuppl.* 281.
Alchimillæ vel percepier affinis zeylanica procumbens, chamæcyſſi foliis & facie, flosculis purpureis. *Burm. zeyl.* 10.
Planta zeylanica percepier Lobelio ſimilis, Hanſape cinghalenſium id eſt pes anſerinus. *Herm. herb.*
Seroupaddie incolis.
Habitat in Zeylona Java & Coromandeli.

HELIOTROPIUM (*indicum*) foliis cordato-ovatis acutis ſcabriusculis, ſpicis ſolitariis, fructibus bifidis. *Linn. ſp.* 187. *Fl. zeyl.* 70. *Roy. lugdb.* 405. *n.* 2.
Heliotropium americanum cæruleum, foliis hormini. *Plukn. phyt.* 182. *t.* 245. *f.* 4. *Dod. mem.* 83. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 190.
Heliotropium indicum Hormini foliis latioribus. *Burm. zeyl.* 120. anguſtioribus. *Herm. lugdb.* 307. *Sloan. jam.* 98.
Bena-patsja. *Rheed. mal.* 10. *p.* 95. *t.* 48.
Creſcit in India utraque.
Varietates hujus ſunt floribus albis, ut & foliis anguſtioribus.

HELIOTROPIUM (*orientale*) foliis linearibus glabris aveniis, floribus ſparſis lateralibus. *Linn. ſp.* 188. ubi deſcript.
Habitat in Java.

Tab. 16. *f.* 1. HELIOTROPIUM (*europæum*) foliis ovatis integerrimis tomentoſis rugoſis, ſpicis conjugatis. *Linn. ſp.* 187. *Roy. lugdb.* 404. *n.* 1.
Heliotropium humifuſum, flore minimo, ſemine magno. *Tourn. itiner.* 1. *p.* 85.
Heliotropium majus Dioſcoridis. *Bauh. pin.* 253.
Heliotropium malabaricum incanum. *D. Garzin.*
Habitat in Malabara & Europa.
Planta malabarica cujus exactiſſimam figuram produco, pro varietate potius habenda, nec diſtinctaſatis pro nova ſpecie, albo tomento & lanugine obducta.


HE-

46

T. 16.



1. HELIOTROPIUM *malabaricum*.
2. ———————— *zeylanicum*.
3. EVOLVULUS *tridentatus*.



1. HELIOTROPIUM *malabaricum*.
2. ——————— *zeylanicum*.
3. EVOLVULUS *tridentatus*.

HELIOTROPIUM (*curaſſavicum*) foliis lanceolato-linearibus glabris ave- *Tab.* 16.
niis, ſpicis conjugatis. *Linn. ſp.* 188. *Roy. lugdb.* 405. *n.* 3. *f.* 2.
Heliotropium indicum procumbens glaucophyllum, floribus albis. *Plukn. alm.* 182. *t.* 36. *f.* 3.
Heliotropium curaſſavicum, foliis lini umbilicati. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 452. *ſ.* 11. *t.* 31. *f.* 12.
Heliotropium americanum procumbens, facie lini umbilicati. *Herm. par.* 183. *t.* 183.
Heliotropium maritimum minus, folio glauco, flore albo. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 213. *t.* 31. *f.* 12.
β Heliotropium zeylanicum anguſtifolium in Tutukorin. *Garzin.* e cujus *zeylanicum.*
herbario hanc varietatem produco.
Habitat in Indiis.

Rami lignoſi ſtriati, *fol.* ſparſa in ſummo alterna erecta ſeſſilia oblonga ſcabra. *ſpicæ* dichotomæ longiſſimæ filiformes. *flores* ſolitarii ſeſſiles tubuloſi cernui.

HELIOTROPIUM (*fruticoſum*) foliis lineari-lanceolatis piloſis, ſpicis ſolitariis ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 187.
Heliotropium fruticoſum hirſutum, foliis lanceolatis minoribus, ſpicis ſingularibus terminalibus. *Brown. jam.* 151.
Heliotropium minus lithoſpermi foliis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 214. t. 132. *f.* 4.
Heliotropium perſicum incanum, floribus variegatis. *Garzin.* e cujus *herbario* *Tab.* 19.
figuram deſumſi. *f.* 1.

Frutex pilis ex albo ſplendentibus obductus. *Fol.* lineari-lanceolata plicata ſeſſilia recurvata. *ſpicæ* terminales plerumque tres reflexæ. *flores* variegati cernui. *perſicum.*

BORAGO (*indica*) foliis ramificationum oppoſitis amplexicaulibus, calycynis foliolis ſagittatis. *Linn ſp.* 197. *Roy. lugdb.* 403. *n.* 2.
Boraginoides anguſtifolia, flore pallescente cæruleo. *Boerh. lugdb.* 1. *t.* 188. *Burm. zeyl.* 48.
Cynogloſſoides folio caulem amplexante. *Iſnard. act. par.* 1718. *p.* 325. *t.* 10.
Anchuſæ degeneris facie, Indiæ orientalis herba, quadricapſularis. *Plukn. alm.* 30. *t.* 76. *f.* 3.
Habitat in India Orientali.

BORAGO (*zeylanica*) foliis ramificationum oppoſitis, florum alternis, *Tab.* 14.
oblongis, pedunculis terminalibus unifloris, calycibus protuberantibus. *f.* 2.
Borago zeylanica maxima, floribus ex cæruleo albicantibus. *Burm. zeyl.* 48.
Borraginoides zeylanicum. *Herb. Garzin.*
Habitat in Zeylona.

Caul. herbacei erecti ſcabri, ſetis & punctis albis hiſpidi ramificationibus axillaribus. *Fol.* ad ramos oppoſita, ad flores ſubalterna, erecta ſubpetiolata lanceolato-ovata integerrima, ſuperficie ſuperiori verrucis pilisque albis rugoſa inferiori nitida, bipollicaria. *Pedunc.* axillares terminales. *Cal.* perſiſtens ad fundum tuberculatus piloſus. *Semina* globoſa.

CYCLAMEN (*indicum*) corollæ limbo nutante. *Linn. ſp.* 207. *Fl. zeyl.* 401.
Cyclaminis ſpecies, urula zeylonenſibus. *Burm. zeyl.* 84.
Habitat in Zeylona.

MENIANTHES (*indica*) foliis cordatis ſubcrenatis, petiolis floriferis, corollis interne piloſis. *Linn. ſp.* 207. *Fl. zeyl.* 72.
Nymphæa ceramica. *Rumph. amb.* 6. *p.* 173. *t.* 72. *f.* 3.
Nymphoides indica, flore albo fimbriato. *Tourn. inſt.* 154.
Nymphæa malabarica minor, folio rotundiore, flore albo pentapetalo intus villoſo. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 513.
Nymphæa aquatica minor indica, floribus albis pentapetalis, filamentis intus denſis obſitis. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 631.
Nymphæa indica ſubrotundo folio minor, flore albo fimbriato. *Plukn. alm.* 267.
Nedel-ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 55. *t.* 28.
Habitat in Indiæ foſſis.

HOTTONIA (*indica*) pedunculis axillaribus unifloris. *Linn. ſp.* 208.
Hottonia flore ſolitario, ex florum alis producto. *Burm. zeyl.* 121. *t.* 55. *f.* 1.
Gratiola malabarica, foliis ſtellatim dentatis. *Petiv. gazoph. t.* 54. *f.* 11.
Tſiudan-tſiera. *Rheed. mal.* 12. *p.* 71. *t.* 36.
Habitat in Zeylona & Malabara.

OPHIORRHIZA (*Mungos*) foliis lanceolato-ovatis. *Linn. ſp.* 213. *Fl. zeyl.* 402.
Radix muſtelæ. *Rumph. amb. auct.* 7. *p.* 29. *t.* 16.
Habitat in India.

AZALEA (*indica*) floribus ſubſolitariis, calycibus piloſis. *Linn. ſp.* 214. foliis ovatis.
Chamærhodendron exoticum, ampliſſimis floribus liliaceis. *Breyn. prodr.* 1. *p.* 24.
Ciſtus indicus, ſedi alpini foliis, floribus amplis. *Herm. lugdb.* 152. *t.* 153. *Raj. hiſt.* 1895.
Frutex Japonicus, folio oblongo rugoſo, flore rubro. *D. Kleinhof.*
Tſutſuſi. *Kæmpf. amœn.* 845. *t.* 846.
Habitat in India.

AZA-

AZALEA (*roſmarinifolia*) foliis quaternis lanceolatis, floribus ſolitariis. *Tab.* 3. *f.* 3.
Jaſminum Japonicum, ſive Tſutſuſi Japan, Roſmarini folio. *D. Kleinhof.*
Habitat in Japonia, colitur in Java, ubi perpetuo floret.

Frutex. *Rami* ſimplices ſcabri ex foliorum cicatricibus cortice inæquali, craſſitie pennæ columbinæ minoris. *Folia* Roſmarini inſtar, quaterna vel ex eodem centro plura lineari-lanceolata, marginibus reflexis reclinata, perſiſtentia, ſuperne villoſa linea longitudinali notata, inferne ex griſeo tomentoſa, caulem terminantia, ad exortum pilis ferrugineo-rubris. *Pedunc.* ad apices ramulorum, e centro foliorum circumſtantium, terminalis ſolitarius uniflorus pollicaris, pilis ferrugineis lanatus. *Cal.* e ferrugineo-ruber. *Cor.* flava profunde quinquefida, laciniis ovalibus ſemipollicaribus. *Stam. filam.* corolla breviora. *Anth.* didymæ.

PLUMBAGO (*zeylanica*) foliis petiolatis ovatis glabris, caule filiformi. *Linn. ſp.* 215. *Fl. zeyl.* 73. *Roy. lugdb.* 417. *n.* 2.
Lychnis indica ſpicata, ocymaſtri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm. hort.* 2. *p.* 169. *t.* 85.
Plumbago zeylanica, folio ſplendente, flore lacteo. *Burm. zeyl.* 195.
Tumba-codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 15. *t.* 8.
Habitat in India.

PLUMBAGO (*roſea*) foliis petiolatis ovatis glabris, caule geniculis gibboſis. *Linn. ſp.* 215.
Plumbago zeylanica, folio ſplendente ocymaſtri, flore rubro. *Burm. zeyl.* 195.
Radix veſicatoria. *Rumph. amb.* 5. *p.* 453. *t.* 168.
Schetti codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 17. *t.* 9. *Raj. ſuppl.* 550.
Don patma Javanis. *D. Pryon.*
Habitat in India.

Fol. in quibusdam ſpeciminibus undulata denticulata, nec *geniculi* caulis in omnibus apparent, qui in aliis pollicares, in aliis longitudine digiti medii a ſe invicem diſtant, *cortex* niger.

CONVOLVULUS (*medium*) foliis linearibus haſtato-acuminatis, auriculis dentatis, pedunculis ſubunifloris, calycibus ſagittatis, caule volubili. *Linn. ſp.* 218. ubi deſcr.
Convolvulus javanenſis. *herb. Garzin.*
Tala neli. *Rheed. mal.* 11. *p.* 113. *t.* 55. *Burm. zeyl.* 73.
Cankong. Javanis. *D. Kleinhof.*
Habitat in India.

Semper uniflori in noſtris ſpeciminibus.

Præcedenti minor & habitu differens; *caul.* glaber, qui in antecedenti tomento obductus. *Fol.* oppoſita ramis axillaribus; *Verticilli* ad ſingulas alas ſeſſiles multiflori. *Calycis* foliola linearia acuminata glabra. *Corolla* lutea calycis magnitudine.

GLINUS (*dictamnoides*) caule rugoſo, foliis orbiculatis planis tomentoſis, floribus axillaribus ſubverticillatis.
Alſine lotoides, dictamni cretici facie, maderaſpatana. *Plukn. alnalth.* 10. *t.* 356. *f.* 6
Habitat in India.

OCTOGYNIA.

ILLICIUM (*aniſatum*). *Linn. ſp.* 664.
Somo vulgo ſkimmi. *Kæmpf. amoen.* 880. *t.* 881.
Habitat in Japonia & China.

ICOSANDRIA MONOGYNIA.

PSIDIUM (*pyriferum*) foliis lineatis obtuſiuſculis, pedunculis unifloris. *Linn. ſp.* 672. *Fl. zeyl.* 192.
Guajava alba dulcis. *Commel. H. Amſt.* 1. *p.* 121. *t.* 63. *Merian. ſurin.* 19. *t.* 19.
Guajava foliorum angulis quadrangulis, fructu oblongo. *Trew. ehr. t.* 43.
Guajavos fructu pallido dulci. *Burm. zeyl.* 112.
Cujavus domeſtica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 140. *t.* 47. *Boym. fl. ſinenſ. K. f. K.*
Pela. *Rheed. mal.* 3. *p.* 31. *t.* 34.
Habitat in Indiis.

PSIDIUM (*pomiferum*) foliis lineatis acuminatis, pedunculis trifloris. *Linn. ſp.* 672.
Guajava alba acida, fructu rotundiore. *Plukn. alm.* 181. *t.* 193. *f.* 4.
Guajabo pomifera indica, pomis rotundis. *Bauh. pin.* 437.
Cujavus agreſtis. *Rumph. amb.* 1. *p.* 142. *t.* 48. *Merian. ſurin.* 57. *t.* 57. *Boym. fl. ſinenſ. F. f. F.*
Guajava ſylvatica, flore pentapetalo albo, fructu viridi, mali facie, pulpa interiore rubra, eſculenta tota. *D. Pryon.*
Malacka pela. *Rheed. mal.* 3. *p.* 33. *t.* 35.
Habitat in Indiis.

PSIDIUM (*cujavillus*) foliis lineatis ovato-lanceolatis, pedunculis ſubbifloris.
Cujavillus. *Rumph. amb.* 1. *p.* 145. *t.* 49.
Habitat in India.

Folia in ſpecimine ſicco, hoc nomine ex Java miſſo, ſunt profunde lineata duriuſcula ferrugineo tomentoſa.

EUGENIA (*malaccenſis*) foliis integerrimis, pedunculis ramoſis lateralibus. *Linn. ſp.* 672. *Fl. zeyl.* 187.
Perſici officulo fructus malaccenſis rubens. *Bauh. pin.* 441.
Jambos ſylveſtris, fructu rotundo, Ceraſi magnitudine. *Burm. zeyl.* 125.
Jamboſa domeſtica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 121. *t.* 37 & 38.
Nati-ſchambu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 29. *t.* 18. *Raj. hiſt.* 1748.
Arbuſor Greſſer incolis.
Habitat in India.

EUGENIA (*jambos*) foliis integerrimis, pedunculis ramoſis terminalibus. *Linn. ſp.* 672. *Fl. zeyl.* 188.
Jambos malaccenſis, fructu aureo, roſam ſpirante. *Burm. zeyl.* 124.
Jamboſa ſylveſtris alba. *Rumph.* 1. *p.* 127. *t.* 39.
Perſici officulo fructus malaccenſis ex candido rubeſcens. *Bauh. pin.* 441.
Malacca ſchambu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 27. *t.* 17.
Jamboe Tjeroyoe, ajer mauhar. Incolis.
Habitat in India.

EUGENIA (*aquea*) foliis integerrimis, pedunculis quadrifloris, pomis quinquelocularibus.
Jamboſa aquea. *Rumph. amb.* 1. *p.* 126. *t.* 38. *f.* 2.
Habitat in Amboina.

EUGENIA (*uniflora*) foliis integerrimis, pedunculis unifloris lateralibus. *Linn. ſp.* 673. *Fl. zeyl.* 189. *Roy. lugdb.* 265.
Eugenia indica myrti folio deciduo, flore albo, fructu ſuaverubente molli leviter ſulcato & odoro. *Mich. gen.* 226. *t.* 108.
Myrtus indica, foliis rigeſcentibus latis ac recurvis parum odoratis. *Till. piſ.* 117. t. 44.
Jambou Oudang. Incolis.
Habitat in India.

EUGENIA (*acutangula*) foliis crenatis, pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. *Linn. ſp.* 673. *Fl. zeyl.* 190.
Jambos ſilveſtris ſamſtra radi dictus alter. *Raj. hiſt.* 1480. *Commel. Fl. mal.* 36.
Butonica terreſtris rubra. *Rumph. amb.* 3. *p.* 181. *t.* 115.
Tjeria-ſamſtra vadi. *Rheed. mal.* 4. *p.* 15. *t.* 7.
Habitat in India.

EU-

EUGENIA (*racemoſa*) foliis crenatis, racemis longisſimis, pomis ovatis. *Linn. ſp.* 673. *Fl. zeyl.* 191.
Butonica ſylveſtris alba. *Rumph. amb.* 3. *p.* 181. *t.* 116.
Samſtra vadi ſ. Caipatſiambu. *Rheed. mal.* 4. *p.* 11. *t.* 6.
Habitat in India.

MYRTUS (*communis*) floribus ſolitariis, involucro diphyllo. *Linn. ſp.* 673. foliis ovato-lanceolatis.
Myrtus amboinenſis. *Rumph. amb.* 2. *p.* 78. *t.* 18.
Caria-Poeti incolis.
Habitat in Aſia, Africa, Europa.

MYRTUS (*cumini*) pedunculis multifloris, foliis lanceolato-ovatis. *Linn. ſp.* 675. *Fl. zeyl.* 185.
Jamboſa ceramica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 130. *t.* 41.
Aukenda zeylanenſibus, Caria-Poeti. Javanis.
Arbor zeylanica cuminum redolens. *Burm. zeyl.* 27.
Habitat in Zeylona & Amboina.

In Hermanni herbario occurrit planta floribus corymboſis longe pedunculatis, cujus Folia cum hacce conveniunt, ubi ab ipſo Herm. notatur: Fructus & cortex hujus Arboris Oleum præbent maxime ſpirituoſum, Cuminum redolens.

MYRTUS (*zeylanica*) pedunculis multifloris, foliis ovatis ſubpetiolatis. *Linn. ſp.* 675. *Fl. zeyl.* 182.
Myrtus zeylanica odoratiſſima, baccis niveis monococcis. *Herm. lugdb.* 434. *t.* 435.
Myrtoides foliis ovatis. *Linn. H. Cliff.* 489. *Roy. lugdb.* 535.
Vitis idæa zeylanica odoratiſſima. *Burm. zeyl.* 230.
Habitat in Zeylona.

Foliorum decoctum magni uſus eſt apud Cinghalenſes in morbis chronicis a phlegmate ortis; baccæ ſunt niveæ molliuſculæ modice cum dulcedine adſtringentes. *Herm. herb.*

MYRTUS (*androſæmoides*) pedunculis trifido-multifloris, foliis ſubovalibus ſeſſilibus. *Linn. ſp.* 675. *Fl. zeyl.* 184.
Arbor foliis Androſæmi latioribus, plurimas baccas in ſummitate ramulorum ferens. *Burm. zeyl.* 29.
Habitat in Zeylona.

MYRTUS (*caryophyllata*) pedunculis trifido-multifloris, foliis obovatis. *Linn. ſp.* 675. *Fl. zeyl.* 183.
Caryophyllus aromaticus indiæ occidentalis, foliis & fructu rotundis. *Plukn. alm.* 188. *t.* 155. *f.* 3.

Ceraſus humilis umbellata, floſculis incarnatis, fructu mortinghos dicto. *Burm. zeyl.* 57.
Habitat in Indiis.

MYRTUS (*pimenta*) foliis alternis. *Linn. ſp.* 676. *Fl. zeyl.* 186.
Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 76. *t.* 191. *f.* 1.
Myrtus foliis oblongo-ovatis glabris alternis, racemis terminalibus & lateralibus. *Brown. jam.* 247.
Caryophyllus aromaticus americanus, Lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. *Plukn. alm.* 88. *t.* 155. *f.* 4.
Habitat in Indiis.

MYRTUS (*leucadendra*) baccis ſeſſilibus urceolatis, foliis lanceolatis. *Linn. ſp.* 67.
Myrto leucadendron foliis integris lanceolato-inflexis, floribus ſtaminoſis, fructibus urceolatis. *Burm. obſ.* ad *lib.* 2. *c.* 25. *Herb. Amb. Rumph.*
Daun Kitsjil & Daun Bezbari incolis.
Arbor alba. *Rumph. amb.* 2. *p.* 72. *t.* 16. major. &c. *Tab.* 17. minor Cajus Poeti ſpecies.
Habitat in Amboina & Java.

MYRTUS (*ſaligna*) ſpicis terminalibus, baccis ſeſſilibus urceolatis, foliis lineari-lanceolatis integerrimis.
Arbor alba minor, Daun poeti kitsjil. *Rumph. amb.* 2. *p.* 76. *t.* 17. *f.* 2.
Myrto Leucadendron foliis lanceolatis acutis, floribus & fructu ſpicatis. *Burm. ibid. in notis.*
Habitat in Amboina & Java, unde miſſa.

Differt a præcedenti quod multo tenerior, *ramis* pluribus ſparſis, *folia* ſalicis anguſtifolii inſtar, *ſpicæ* terminales, *floribus* oppoſitis, *ſtylus* perſiſtens, *baccæ* urceolatæ. Binæ ultimæ arbores pretioſum & eximium valde oleum caju poeti præbent, in morbis paralyticis & arthriticis adeo decantatum.

PUNICA (*Granatum*) foliis lanceolatis, caule arboreo. *Linn. ſp.* 676.
Malus punica ſylveſtris & ſativa. *Bauh. pin.* 438.
Malum Granatum. *Rumph. amb.* 2. *p.* 94. *t.* 24. *f.* 1.
Granata punica mala. *Blackw. herbal. t.* 97. & 142.
β Granata malus zeylanica ſpinoſa. *Burm. zeyl.* 111. differt foliis latioribus a ſpeciminibus, quæ Coromandeli collecta fuere, ubi adſcriptum invenitur: differt hic frutex ab inferiore parte ſpinis magnis & parvis, quibus obſitus eſt.
Creſcit in India & in Europæ variis regionibus, colitur in hortis.

AMY-

AMYGDALUS (*nana*) foliis baſi attenuatis. *Linn. ſp.* 677. *Roy. lugdb.* 267. *n.* 3.
Amygdalus indica nana. *Plukn. alm* 28. *t.* 11. *f.* 3. *Mill. dict. t.* 28. *f.* 2.
Armeniaca perſicæ foliis, fructu exſucco villoſo. *Amm. ruth.* 273. *t.* 30.
Habitat in India.

DIGYNIA.

CRATAEGUS (*indica*) foliis lanceolatis ſerratis, caule inermi, corymbis ſquamoſis. *Linn. ſp.* 683. ubi deſcr.
Habitat in India.

TRIGYNIA.

SESUVIUM (*Portulacaſtrum*) *Linn. ſp.* 684. *Jacq. hiſt. t.* 95.
Portulaca foliis lanceolatis convexis, pedunculis unifloris. *Linn. ſp.* 1. *p.* 446. *Loeſl. it.* 191.
Portulaca curaſſavica, anguſto longo lucidoque folio procumbens, floribus rubris. *Plukn. alm.* 303. *t.* 216. *f.* 1. *Herm. par.* 212. *t.* 212.
Portulaca mariana latifolia, flore ſuaverubente. *Plum. ſp.* 6. *ic.* 223. *f.* 2.
Portulaca aizoides maritima procumbens, flore purpureo. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 204.
Crithmus indicus. *Rumph. amb.* 6. *p.* 165. *t.* 72. *f.* 1.
Portulaca javanica, foliis oppoſitis, flore ſolitario. Gelang laut incolis dicta. *D. Kleinhof.*

Hujus caules glaberrimi fungoſi, foliis linearibus ad apices incraſſatis, longioribus quam in citatis figuris.

POLYGYNIA.

ROSA (*indica*) germinibus ovatis, pedunculisque glabris, caule ſubinermi, petiolis aculeatis. *Linn. ſp.* 705. ubi deſcr.
Roſa cheuſan glabra, juniperi fructu. *Petiv. gaz.* 56. *t.* 35. *f.* 11.
Roſa verſicolor javanica plena & chinenſis. *D. Pryon.*
Foo-ſeu vulgo Ibara. *Kæmpf. amoen.* 862.
Habitat in Aſia & China.

Chinenſis planta multo tenerior & minor eſt Javanica. Variant *foliis* ternis & quinis, *petiolis* ad baſin foliolis inferioribus ſæpe decurrentibus cum impari pinnatis, ſuperioribus ternis, *Pedunculi* in noſtris ſpeciminibus uniflori, *floribus* ſimplicibus & plenis intenſe purpureis, *fructus* magnitudine ſorbi, at magis oblongi, *calyce* perſiſtente nunc integerrimo nunc laciniato.

RUBUS (*parvifolius*) foliis ternatis ſubtus tomentoſis, caule petiolisque aculeis recurvis. *Linn. ſp.* 707. ubi deſcr.
Rubus moluccanus parvifolius. *Rumph. amb.* 5. *p.* 88. *t.* 47. *f.* 1.
Habitat in India.

RUBUS (*moluccanus*) foliis ſimplicibus cordatis lobatis, caule aculeato decumbente. *Linn. ſp.* 707.
Rubus moluccanus latifolius. *Rumph. amb.* 5. *p.* 88. *t.* 47. *f.* 2.
Rubus idæus ſylveſtris & montanus, Ajam Bahuku incolis dictus. *D. Kleinhof.*
Habitat in Moluccis & Java.

Hujus varietas ex Indicis ſeminibus nobis enata eſt, caule pilis rubicundis ſcabro, foliis quinquelobis ſerratis.

CALYCANTHUS (*præcox*) petalis interioribus minutis. *Linn. ſp.* 718.
Jasminum flore pleno ex ſuavi fætido, fructu turbinato obai S. Robai. *Kæmpf. amæn.* 878. *t.* 879.
Habitat in Japonia.

POLYANDRIA MONOGYNIA.

RHEEDIA (*Javanica*) foliis lanceolatis, umbellis pedunculatis.
Habitat in Java.

Rami articulati læves ſtricti. *Ramuli* & *genicula* compreſſa. *Folia* oppoſita lanceolata petiolata integerrima glabra. *Petioli* breves pubeſcentes. *Pedunculi* ex alis foliorum ſæpius terni ad medium quadrifidi, *pedicellis* unifloris. *Flores* lutei. *Foliatura* & *umbellis* ab Americana differt, confer. *f.* 4. *t.* 358. *Plukn. phyt.* quæ ejusdem videtur generis.

CAPPARIS (*carandas*) pedunculis ſubtrifloris, foliis oppoſitis ovatis acuminatis, ſpinis bifurcatis.
Carandas. *Rumph. amb.* 7. *p.* 57. *t.* 25.

Javanica differt foliis ſubcordatis, pedunculis trifloris.

CAPPARIS (*zeylanica*) pedunculis ſolitariis unifloris, ſtipulis ſpinoſis, foliis ovatis utinque acutis. *Linn. ſp.* 720. *Fl. zeyl.* 210.
Capparis zeylanica duplicatis ſpinis, folio acuto. *Petiv. muſ.* 625.
Capparis ſpinoſa, foliis oblongis. *Burm. zeyl.* 53.
Capparis indica ſpinoſa, anguſtiore ſalicis folio. *Plukn. mant.* 36.
Habitat in Zeylona.

CAPPARIS (*ſepiaria*) pedunculis umbellatis, ſtipulis ſpinoſis, foliis annuis ovatis emarginatis. *Linn. ſp.* 720. ubi deſcr.
Arbuſcula baccifera ſcandens ſpinoſa, foliis buxi pallidioribus. *Plukn. mant.* 27. *t.* 338. *f.* 3.
Habitat in India.

CAPPARIS (*Baducca*) pedunculis ſubſolitariis, foliis perſiſtentibus ovato-oblongis nudis, determinate confertis. *Linn. ſp.* 720.
Capparis alia arboreſcens, Lauri folio, fructu oblongo ovato. *Plum. ſp.* 7. *ic.* 73. *f.* 2.

Brey-

Breynia fruticoſa, foliis ſingularibus oblongo-ovalibus ſuperne nitidis, ſiliquis minoribus teretibus æqualibus. *Brown. jam.* 246. *t.* 27. *f.* 2.
Badueca. *Rheed. mal.* 6. *p.* 105. *t.* 57. *Raj. dendr.* 1630.
Habitat in Indiis.

CAPPARIS (*carandas*) foliis oppoſitis ovatis, ſpinis bifurcatis.
Carandus. *Rumph. amb.* 7. *p.* 57. *t.* 25.
Habitat in Java & Amboina.

ARGEMONE (*mexicana*) capſulis quinquevalvibus, foliis ſpinoſis. *Linn. ſp.* 727. *Roy. lugdb.* 479. *Merian. ſurin.* 24. *t.* 24.
Papaver ſpinoſum. *Bauh. pin.* 171. *prodr.* 93. *t.* 92. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 93.
Papaver ſpinoſum luteum, foliis albis venis notatis. *Moris. hiſt.* 2. *p.* 277. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 5.
Habitat in Indiis.

CAMBOGIA (*Gutta*) *Linn. ſp.* 728. *Fl. zeyl.* 195.
Arbor indica, Gummi guttam fundens, fructu dulci rotundo cerasi magnitudine, carcapuli Acoſtæ. *Herm. muſ. zeyl.* 26. *Burm. zeyl.* 27.
Carcapuli Acoſtæ, fructu malo aureo ſimili. *Plukn. alm.* 81.
Coddam pulli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 41. *t.* 24.
Habitat in India.

NYMPHÆA (*Lotus*) foliis cordatis dentatis. *Linn. ſp.* 729. *Fl. zeyl.* 194.
Nymphæa foliis amplioribus profunde crenatis ſubtus areolatis. *Brown. jam.* 343.
Nymphæa indica, flore candido, folio in ambitu ſerrato. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 252. *Raj. ſuppl.* 630.
Nymphæa indica tuberoſa, foliis per marginem crenatis, flore incarnato. *Burm. zeyl.* 173.
Nymphæa indica minor, Taratti kitsjil. *Rumph. amb.* 6. *p.* 172. *c.* 51.
Lotus ægyptia. *Alp. ægypt.* 103. *exot.* 214. *t.* 213. 216. 218. 220. 222. 226.
Ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 51. *t.* 26.
Habitat in aquis Indiæ, Africæ, Americæ.

NYMPHÆA (*Nelumbo*) foliis peltatis undique integris. *Linn. ſp.* 730. *Fl. zeyl.* 193.
Nymphæa indica, faba ægyptia dicta, flore incarnato. *Herm. par.* 205. *t.* 205.
Nymphæa fabifera, indiæ paludibus gaudens, foliis amplis umbilicatis, pedunculis ſpinoſis, flore roſeo purpureo. *Plukn. alm.* 267. *t.* 322. *f.* 1.
Nymphæa alba indica maxima fabifera, flore albo. *Burm. zeyl.* 173.
Nymphæa foliis orbiculatis peltatis ſubtus radiatis. *Brown. jam.* 343.
Taratti. *Rumph. amb.* 6. *p.* 168. *t.* 73.
Tamara. *Rheed. mal.* 11. *p.* 59. *t.* 30. & 31. Bem-Tamara. *t.* 32.
Habitat in Indiis.

NYM-

NYMPHÆA (*nouchali*) foliis ovalibus ſubpetiolatis integerrimis.
Nouchalei, Nymphea aquatica, flore cæruleo. *Dni. Outgaerden.*
Habitat Coromandeli.

Rad. alba, magnitudine pugni. *Fol.* ovalia integerrima, *petiolis* brevibus incurvis. *Cor.* polypetala. *Stam. filam.* apicibus cæruleis. *per. drupa* viridis polyſperma. *Sem.* rubra rotunda magnitudine ſeminum ſinapios.

BIXA (*Orellana*). *Linn. ſp.* 730. *Roy. lugdb.* 477.
Mitella americana maxima tinctoria. *Tourn. hiſt.* 242. *Boerh. lugdb.* 208.
Orleana folliculis lappaceis. *Plukn. alm.* 272. *t.* 209. *f.* 4. *Comm. H. Amſt.* 1. *p.* 65. *t.* 33.
Urucu *Piſonis.* 133. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 52. 181. *f.* 1.
Arbor mexicana, fructu Caſtaneæ, coccifera. *Bauh. pin.* 419.
Caſſomba-kling. Javanis. D. *Kleinhof.*
Habitat in Indiis.

MAMMEA (*aſiatica*) ſtaminibus flore longioribus. *Linn. ſp.* 731. ubi deſcr. *Oſb. it.* 278.
Mali perſicæ mammeyæ folio longiore arbor maxima, cortice ſulcato cinereo amaro. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 124.
Habitat in Java & Jamaica.

OCHNA (*ſquarroſa*) racemis lateralibus. *Linn. ſp.* 731. *Fl. zeyl.* 209.
Jabotapita cinnamomi folio, floribus ſpicatis. *Burm. zeyl.* 123. *t.* 56.
β Arbor africana ſubrotundo folio, margine denticulis acutis aſpero, floribus pentapetalis atropurpureis. *Plukn. alm.* 41. *t.* 263. *f.* 1. 2.
Habitat in Zeylona & Africa.

CALOPHYLLUM (*Inophyllum*) foliis ovalibus. *Linn. ſp.* 732. *Fl. zeyl.* 201.
Inophyllum flore octifido. *Burm. zeyl.* 131.
Nucifera arbor ſempervirens indica prælongis foliis venuſte venoſis. *Plukn. mant.* 136.
Arbor indica mali medicæ amplioribus foliis. *Plukn. alm.* 41. *t.* 147. *f.* 3.
Bintangor maritima. *Rumph. amb.* 2. *p.* 211. *t.* 71.
Ponna ſeu Ponna-maram. *Rheed. mal.* 4. *p.* 79. *t.* 38.
Tſjam poelang. ſeu Bintanger laut Javanis.
Habitat in India.

CALOPHYLLUM (*Calaba*) foliis ovatis obtuſis. *Linn. ſp.* 732. *Jacquin. hiſt.* 165. *Roy. lugdb.* 476.
Inophyllum flore quadrifido. *Burm. zeyl.* 130. *t.* 60.
Tſierou ponna. *Rheed. mal.* 4. *p.* 81. *t.* 39.
Tandjone kanki Javanis.
Habitat in Indiis.

CA-

CALOPHYLLUM (*Nagaſſarium*) foliis baſi attenuatis lanceolatis aveniis.
Nagaſſarium. *Rumph. amb* 7. *p.* 3. *t.* 2.
Nagaſſi javanis. *D. Kleinhof.*
Habitat in Amboina & Java, unde anno 1759. miſſa.

CALOPHYLLUM (*Akara*) foliis ovatis acuminatis, floribus terminalibus paniculatis.
Akara patsjoti. *Rheed. mal.* 5. *p.* 15. *t.* 8.
β Arbor indica mali aurantii foliis obtuſioribus. *Plukn. alm.* 3. *t.* 142. *f.* 2. ?
Habitat in India.

CALOPHYLLUM (*Soulattri*) foliis oblongo-ovatis lineatis glaberrimis, floribus lateralibus pedicellatis.
Soulattri. Javanis.
Habitat in Java.

MICROCOS (*paniculata*) panicula terminali. *Linn. ſp.* 733. *Fl. zeyl.* 207.
Microcos foliis alternis oblongis acuminatis. *Burm. zeyl.* 159. *t.* 74.
Cornus malabarica, folio cuſpidato, oſſiculo tomento obſito. *Commel. Fl. mal.* 80.
Arbor malabarica mucronatis firmioribus venoſis foliis, floribus ad ſummum ramulorum coronantibus. *Plukn. alm.* 40. *t.* 262. *f.* 3.
Schageri-cottam. *Rheed. mal.* 1. *p.* 105. *t.* 56.
Habitat in India.

MICROCOS (*lateriflora*) pedunculis axillaribus confertis dichotomis. *Linn. ſp.* 734. *Fl. zeyl.* 208.
Arbor javanica montana lauri folio. *D. Kleinhof.*
Hamdamanias. *Herm. zeyl.* 113.
Habitat in Zeylona.

ELÆOCARPUS (*ſerrata.*) *Linn. ſp.* 734. *Fl. zeyl.* 206.
Elaiocarpus foliis lauri ſerratis, floribus ſpicatis. *Burm. zeyl.* 93. *t.* 40.
Laurus indica ſerratifolia inodora, fructu olivæ magnitudine & forma, nucleis criſpis lapideis, lauro cераſo cluſii congener. *Herm. zeyl.* 9.
Olea ſylveſtris malabarica, fructu dulci. *Raj. hiſt.* 1546.
Prunus zeylanica lauri folio, veralu cinghalenſibus. *Raj. dendr.* 42.
Ganitrus. *Rumph. amb.* 3. *p.* 160. *t.* 101.
Perin-Kara. *Rheed. mal.* 4. *p.* 51. *t.* 24.
Habitat in India.

MESUA (*ferrea*) foliis lanceolatis. *Linn. ſp.* 734. *Fl. zeyl.* 203.
Arbor naghas ſeu ferrea. *Burm. zeyl.* 28. *Herm. zeyl.* 7.
β Caſtanea indica florida. *Raj. hiſt.* 1680.
Belutta-tsjampakan. *Rheed. mal.* 3. *p.* 63. *t.* 53.
Habitat in India.

VATERIA (*indica*). *Linn. ſp.* 734. *Fl. zeyl.* 204.
Amygdalo adfinis indica, fructu umbilicato, nucleo nudo, cortice pulvinato trifido tecto. *Raj. hiſt.* 1482. *Plukn. alm.* 28.
Pænoe. *Rheed. mal.* 4. *p.* 33. *t.* 15.
Habitat in India.

LAGERSTROEMIA (*indica*) *Linn. ſp.* 734.
Tsjikin. *Rumph. amb.* 7. *p.* 61. *t.* 28.
Habitat in Chinæ montibus & in Amboina, colitur in hortis.

THEA (*bohea*) floribus hexapetalis. *Linn. ſp.* 734.
Thea. *Kæmpf. amœn.* 605. *t.* 606.
Thee ſinenſium. *Breyn. cent.* 111. *t.* 112. *ic.* 17. *t.* 3. *Boccon. muſ.* 114. *t.* 91.
Thee frutex. *Bart. act.* 4. *p.* 1. *t.* 1. *Bont. jav.* 87. *t.* 88. *Barr. rar.* 128. *t.* 904.
Chaa. *Bauh. pin.* 147.
Euonymo affinis arbor orientalis nucifera, flore roſeo. *Plukn. alm.* 139. *t.* 88. *f.* 6.
Habitat in China & Japonia.

THEA (*viridis*) floribus enneapetalis. *Linn. ſp.* 735. *Hill. exot. t.* 22.
Habitat in China.

CARYOPHYLLUS (*aromaticus.*) *Linn. ſp.* 735.
Caryophyllus aromaticus, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 410.
Caryophyllus aromaticus Indiæ orientalis, fructu clavato monopyreno. *Plukn. alm.* 88. *t.* 155. *f.* 1.
Caryophyllus. *Cluſ. exot.* 16. *Rumph. amb.* 2. *t.* 1, 2, 3.
β Caryophyllus malabaricus. *Plukn. alm.* 88. *t.* 274. *f.* 2.
Habitat in Moluccis.

Tab. 37. *f.* 1. DELIMA (*ſarmentoſa*) *Linn. ſp.* 736. *Fl. zeyl.* 205.
Frutex indicus ſarmentoſus, foliis hiſpidis rigidis. *Burm. zeyl.* 101.
Piripu. *Rheed. mal.* 7. *p.* 101. *t.* 54.
Koroswel cingalenſium. *Herm. herb.* ubi notatur: quod idem ſit, ac lævigare, folia enim, cum ſint ſcabra denſa & aſpera, ab incolis ad quæcunque læviganda uſurpantur.
Habitat in Zeylona & Malabaria.

CISTUS (*ægyptiacus*) herbaceus erectus ſtipulatus, foliis lineari-lanceolatis petiolatis, calycibus inflatis corolla majoribus. *Linn. ſp.* 742.
Cyticiſtus foliis inferioribus confertis, ſuperioribus oppoſitis. *Burm. zeyl.* 85. *t.* 36.
Cytiſus zeylanicus fruticoſus humilis, ſiliquis anguſtis ericæ folio. *Herm. zeyl.* 34.
Habitat in Ægypto & Zeylona.

COR.



1 . DELIMA *sarmentosa* .
2 . CORCHORUS *trilocularis* .

37



1. **DELIMA** *sarmentosa*.
2. **CORCHORUS** *trilocularis*.

CORCHORUS (*olitorius*) capſulis oblongis ventricoſis, foliorum ſerraturis infimis ſetaceis. *Linn. ſp* 746. *Fl. zeyl.* 213. *Roy. lugdb.* 478. *n.* 1.
Corchorus quod eryſimum latifolium, ſiliquis ſeſami. *Herm. zeyl.* 31. *Burm. zeyl.* 75.
Corchorus. *Cam. hort.* 47. *t.* 12.
Alcea cibaria vel corchorus americanus, carpini folio, capſula quintuplici longa. *Plukn. alm.* 17. *t.* 127. *f.* 4.
Habitat in Indiis.

CORCHORUS (*capſularis*) capſulis ſubrotundis depreſſis rugoſis. *Linn. ſp.* 746. *Fl. zeyl.* 214.
Corchorus foliorum infimis ſerraturis minoribus. *Linn. H. Cliff.* 210. *Roy. lugdb.* 478 *n.* 2.
Alcea olitoria ſive corchorus americanus, prælongis foliis, capſula ſubrotunda ſtriata brevi. *Plukn. alm.* 18. *t.* 255. *f.* 4.
Selagoeri lacki lacki ſeu mas. *D. Pryon.*
Habitat in India.

CORCHORUS (*æſtuans*) capſulis oblongis ſexſulcatis ſexcuſpidatis, foliis cordatis, infimis ſerraturis ſetaceis. *Linn. ſp.* 746.
Alcea cibaria ſ. corchorus americana, carpini foliis, ſextuplici capſula longiore. *Plukn. phyt.* 17. *t.* 127. *f.* 3.
Planta folio ſelagoeri rugoſo. D. *Kleinhof.*
Selagoeri parampuan ſeu fæmina. *D. Pryon.*
Habitat in Indiis.

CORCHORUS (*javanicus*) capſulis ſubrotundis hiſpidis, foliis ovato lanceolatis æqualibus ſerratis, ſtipulis ſetaceis. *Tab.* 36. *f.* 3.
Bonporroetang. Pulutan. Javanis.
Habitat in Java.

Stip. ad ſingulum petiolum. *cal.* ariſtati. *cor.* purpurea. *capſ.* hiſpida.

CORCHORUS (*trilocularis*) capſulis lineari-ſiliquoſis ſexſulcatis tricuſpidatis, foliis oblongis, ſerraturis æqualibus, infimis ſetaceis. *Tab.* 37. *f.* 2.
Habitat in India, juxta *Garcini* herbarium.

Caul. fruticoſus, *Ramis* erectis. *Fol.* lineari-oblonga, ſerraturis æqualibus, ad baſin folii productioribus. *Ped.* axillares ſolitarii, bini, terni. *capſulæ* lineares ſiliquoſæ trivalves, cuſpidibus tribus incurvis ad apicem valvularum, per maturitatem fiſſarum.

STRATIOTES (*aliſmoides*) foliis cordatis. *Linn. ſp.* 754. *Fl. zeyl.* 223. *Roy. lugdb.* 10.
Sagittariæ affinis malabarenſis latiſſimo folio, floribus ex albo trifoliatis. *Plukn. alm.* 326.
Sagittæ aut plantaginis aquaticæ nervoſis foliis, floribus tripetalis in ſingulis caulibus ſingulis. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 633.
Ottel-ambel. *Rheed. mal.* 11. *p.* 95. *t.* 46.
Habitat in India.

POLYGYNIA.

DILLENIA (*indica.*) *Linn. ſp.* 754.
Malus roſea malabarica, ſyalita dicta. *Plukn. mant.* 124.
Songium. *Rumph. amb.* 2. *p.* 14. *t.* 45.
Syalita. *Rheed. mal.* 3. *p.* 39. *t.* 38, 39.
Habitat in Malabaria.

LIRIODENDRON (*liliifera*) foliis lanceolatis. *Linn. ſp.* 755.
Sampacca montana. *Rumph. amb.* 2. *p.* 204. *t.* 69.
Habitat in Amboina.

MICHELIA (*Champaca*) foliis lanceolatis. *Linn. ſp.* 756. *Fl. zeyl.* 144.
Uvifera arbor orientalis, folio oblongo. *Herm. prodr.* 385. *Plukn. alm.* 394.
Arbor procera, hajing halia dicta, floribus oblongis luteis odoratis. *Burm. zeyl.* 51.
Tsjampacca indorum ſive arbor uvifera indica, foliis lauri americanæ. *Breyn. prodr.* 2. *p.* 101.
Sampacca. *Rumph. amb.* 2. *p.* 199. *t.* 67.
Champacam. *Rheed. mal.* 1. *p.* 31. *t.* 19.
Tsjampaka laut. Javanis.
Habitat in India.

MICHELIA (*euonymoides.*) foliis ovatis.
Sampacca ſylveſtris. *Rumph. amb.* 2. *p.* 202. *t.* 68.
Tsjampacca conneng. Javanis.
β Euonymus caudice non ramoſo, folio alato, fructu rotundo tripyreno. *Sloan. jam.* 2. *t.* 210. *f.* 2. 3.
Habitat in Indiis, ubi ob fragrantem odorem ſæpe colitur.
In ſpeciminibus javanicis Folia magis ovata quam in citatis figuris.

UVARIA (*zeylanica*) foliis integerrimis. *Linn. ſp.* 756. *Fl. zeyl.* 224.
Uva ſylveſtris zeylanica, mali aurantii ſapore. *Burm. zeyl.* 231.
Frutex baccifer, fructu ad ſingulos flores multiplici. *Raj. hiſt.* 1636.
Funis muſarius. *Rumph. amb.* 5. *p.* 78. *t.* 42.
Narum-panel. *Rheed. mal.* 2. *p.* 11. *t.* 9. *f.* 2.
β Cananga. *Rumph. amb.* 2. *p.* 195. *t.* 65, 66.
Habitat in India.

UVARIA (*japonica*) foliis ſerratis. *Linn. ſp.* 756.
Frutex viſcoſus procumbens, folio telephii vulgaris æmulo, fructu racemoſo. *Kæmpf. amoen.* 476. *t.* 477.
Habitat in Japonia.

ANNONA (*muricata*) foliis ovali-lanceolatis glabris nitidis planis, pomis muricatis. *Linn. ſp.* 756. *Roy. lugdb.* 494. *n.* 1.
Anona indica latifolia, fructu ſquamoſo aſpero. *Plukn. alm.* 31. *t.* 134. *f.* 2.
Anona indica, fructu conoide viridi, ſquamis veluti aculeato. *Plukn. alm.* 32. *t.* 135. *f.* 2.
Anona. *Commel. H. Amſt.* 1. *p.* 133. *t.* 69. *Merian. ſurin.* 14. *t.* 14.
Anona fructu vireſcente. *Burm. zeyl.* 21.
Guanabanus fructu molliter aculeato. *Plum. gen.* 43. *t.* 143. *f.* 1.
Habitat in Indiis.

ANNONA (*ſquamoſa*) foliis oblongis, fructibus obtuſe ſubſquammatis. *Linn. ſp.* 757.
Annona foliis oblongo-ovatis undulatis venoſis, floribus tripetalis, fructibus mammillatis. *Brown. jam.* 256.
Anona tuberoſa. *Rumph. amb.* 1. *p.* 138. *t.* 46.
Anona foliis odoratis minoribus, fructu conoide ſquamoſo parvo dulci. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 168. *t.* 227.
Atamaram. *Rheed. mal.* 3. *p.* 21. *t.* 29.
Jata. *Boym. fl. ſinens. N. f. N.*
Habitat in Indiis.

ANNONA (*reticulata*) foliis lanceolatis, fructibus ovatis, reticulato-areolatis. *Linn. ſp.* 757.
Annona foliis oblongis undulatis venoſis, fructibus areolatis. *Brown. jam.* 256.
Anona maxima, foliis oblongis anguſtis, fructu maximo luteo conoide, cortice glabro in areolas angulares diſtincto. *Sloan. hiſt. jam.* 167. *t.* 226. *Catesb. car.* 2. *p.* 62. *t.* 62. *Raj. dendr.* 77.
Anona. *Rumph. amb.* 1. *p.* 136. *t.* 45.
Habitat in Indiis.

ANNONA (*aſiatica*) foliis lanceolatis glabris nitidis lineatis. *Linn. ſp.* 758. *Fl. zeyl.* 225. *Roy. lugdb.* 494. *n.* 2.
Anona ſylveſtris. *Burm. zeyl.* 21.
Guanabanus fructu purpureo. *Plum. ſp.* 43. *ic.* 143. *f.* 2.
Habitat in utraque India.

ATRAGENE (*zeylanica*) cirrhis diphyllis, petalis exterioribus quaternis. *Linn. ſp.* 76. *Fl. zeyl.* 226.
Clematis zeylanica, floribus obſoletis parvis. *Herm. zeyl.* 35. *Burm. zeyl.* 66.
Planta foliis geminatis, ex oppoſito longis pediculis inter bina folia capreolo donatis. *Burm. zeyl. p.* 194.
Habitat in Zeylona.

SATUREJA (*viminea*) pedunculis axillaribus trifloris, involucris linearibus, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Linn. ſp.* 795.
Mentha viminea, foliis minoribus obovatis, pedunculis trifloris alaribus. *Brown. jam.* 258.
Habitat in Indiis.

Javanicæ plantæ *caulis* fruticoſus pedalis teres glaber. *folia* lineari-lanceolata. *Pedunculi* axillares floſculis binis, ternis, vel pluribus.

NEPETA (*indica*) corollarum labio ſuperiore integerrimo breviſſimo. *Linn. ſp.* 799.
Leucas foliis ſubrotundis ſerratis, flore albo. *Burm. zeyl.* 140. *t.* 63.
Nepeta indica, rotundiore folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 415. *ſ.* 11. *t.* 6. *f.* 7.
Lamium indicum, foliis oblongis, flore albo graveolens. *Herm. muſ. zeyl.* 65.
Katu-kurka. *Rheed. mal.* 10. *p.* 179. *t.* 90. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 296.
Habitat in India.

Tab. 38. *f.* 1. LAVANDULA (*multifida*) foliis duplicato-pinnatifidis. *Linn. ſp.* 800. *Roy. lugdb.* 322. *n.* 2.
Lavandula folio diſſecto. *Bauh. pin.* 216. multifido folio. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 345.
Lavandula folio longiore, tenuius & elegantius diſſecto. *Comm. rar.* 27. *t.* 27. *Plukn. alm.* 209. *t.* 303. *f.* 5.
Lavendula perſica, foliis pinnatifidis. *Herb. garzin.* e quo hanc figuram produco, quæ forte macriori e ſolo collecta, maxime quoad lacinias differt, tam a figuris, quam a viva planta, quæ in hortis quotannis luxuriare ſolet.
Habitat quoque in India.

MENTHA (*fœtida*) ſpicis oblongis, foliis oblongis petiolatis ſerratis, caule piloſo.
Alopecuro-veronica. *Linn. Fl. zeyl.* 193. ubi deſcr.
Veronica hirſuta latifolia aquatica. *Herm. zeyl.* 29. *Burm. zeyl.* 228.
Majana fætida. *Rumph. amb.* 6. *p.* 41. *t.* 16. *f.* 2.
Tilam Incolis, ubi notatur: Folia loco cataplaſmatis tumoribus applicantur.
Habitat in Java.

BALLOTA (*diſticha*) foliis cordatis indiviſis crenatis, ſpicis folioſis, calycibus acuminatis.
Badok Bankon-Javanis.
Habitat in Java & Coromandeli.

Caul tetragonus villoſus. *Fol.* crenata lanuginoſa in Javanica, glabra in Coromandelica. *flores* verticillati ſæpe quatuordecim. *cal.* acuminatus, *laciniis* diſtantibus. *Cor.* ex albo purpuraſcens.

MAR-

T. 38.



1. LAVANDULA *multifida*.
2. MOLUCCELLA *persica*.
3. ORIGANUM *benghalense*.



1. LAVANDULA *multifida*.
2. MOLUCCELLA *persica*.
3. ORIGANUM *benghalense*.

MARRUBIUM (*indicum*) foliis cordatis ſerratis, calycibus quinquedentatis ſubulatis villoſis.
Marrubium odoratiſſimum, betonicæ folio. *Burm. zeyl.* 153. *t.* 71. *f.* 1.
Marrubium zeylanicum odoratum, nepethæ facie, folio lamii pannonici. *Herm. muſ. zeyl.* 30.
Habitat in Zeylona & Java; unde ſæpius miſſa.

Jakwanaſſa zeylonenſibus, ubi *Herm.* notat. ut ſtomachicum & uterinum adhibetur.

LEONURUS (*indicus*) foliis lanceolatis ſubſerratis, calycibus ſeptemdentatis. *Linn. ſp.* 817.
Leonurus americana alba, folio ſideritidis longiore. *Plukn. phyt.* 81. *t.* 80. *f.* 7.
Herba admirationis. *Rumph.* 6. *p.* 39. *t.* 16. *f.* 1.
Clinopodium javanicum gindji dictum. *D. Kleinhof.*
Hyſſopi montani ſpecies, folio gramineo. D. *Pryon.*
Tumba. *Rheed. mal.* 10. *p.* 181. *t.* 191.
Habitat in Indiis.

LEONURUS (*Marrubiaſtrum*) foliis ovatis lanceolatisque ſerratis, calycibus ſeſſilibus ſpinoſis. *Linn. ſp.* 817.
Marrubiaſtrum foliis cardiacæ. *Boccon. muſ.* 2. *p.* 120. *t.* 98.
Chenopodium hyſſopi latioribus foliis maderaspatanum. *Plukn. alm.* 110. *t.* 164. *f.* 2.
Hyſſopus latiore folio Ladang • Derman incolis. D. *Pryon.*
Habitat in Java & Ukrania.

Folia plantæ indicæ latiora ſcabriuſcula lanceolata dentata ut in *Plukn.* fig., cum qua convenit. *caul.* villoſus. *verticilli* compacti, *calyces* ſpinuloſi.

LEONURUS (*tataricus*) foliis tripartitis laciniatis, calycibus villoſis. *Linn. ſp.* 818.
Cardiaca foliis tenuius & profundius inciſis, glabra ſ. villoſa. *Amm. ruth.* 49, 50. *Mill. ic.* 80.
Habitat in Tataria & Java.

Sub nomine Artemiſiæ ex India transmiſſa; *foliis* inferioribus tripartitis, *laciniis* pinnatifidis, ſupremis tripartitis vix diviſis. *calyces* glaberrimi perſiſtentes apicibus ſpinoſis, *involucra* ad ſingulum verticillum ſetacea.

LEONURUS (*ſibiricus*) foliis tripartitis multifidis linearibus obtuſiuſculis. *Linn. ſp.* 818.
Cardiaca javanica. *Garzin. herb.*
Ballóte inodora, foliis coronopi. *Amm. ruth.* 48. *t.* 8.
Habitat in Sibiria, China, & java; unde ſæpius miſſa

PHLO-

PHLOMIS (*zeylanica*) foliis lanceolatis ſubſerratis, capitulis terminalibus, calycibus octodentatis. *Linn. ſp.* 820. *Fl. zeyl.* 227.
Cardiaca S. Leonurus, hyſſopi hirſutis foliis, maderaspatana, floribus dilute rubris, unico tantum verticillo in ramulorum cymis. *Plukn. alm.* 81. *t.* 118. *f.* 4.
Lamium anguſtifolium glabrum zeylanicum, flore albo. *Burm. zeyl.* 138.
Habitat in India.

PHLOMIS (*indica*) involucris linearibus, calycibus unilabiatis obliquis, foliis lanceolato-ovatis piloſis. *Linn. ſp.* 820. ubi deſcr.
Habitat in India.

MOLUCCELLA (*ſpinoſa*) calycibus ringentibus octodentatis. *Linn. ſp.* 821. *Roy. lugdb.* 314. *n.* 2.
Molucca ſpinoſa. *Dod. pempt.* 92. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 173.
Meliſſa moluccana fœtida. *Bauh. pin.* 229.
Habitat in Moluccis.

Tab. 38. *f.* 2. MOLUCCELLA (*perſica*) calycibus quinquefidis obtuſis, laciniis obovatis membranaceis, foliis cuneiformibus apice ſerratis, ſerraturis ſpinoſis.
Moldavica perſica ſpinoſa. *Garzin. herb.*
Habitat in Perſia.

Frutex ſimilis M. *fruteſcenti*. *ramis* ſimplicibus erectis glaberrimis albicantibus. *Spinæ* ad ſingula genicula inæquales ſimpliciſſimæ patentes, baſi ſæpe cohærentes, numero 5 ad 12. *Fol.* cuneiformia baſi integerrima apice ſerrata, ſerraturis ſpinuloſis tomentoſis, quæ in *fruteſcenti* muticæ *cal.* regularis quinquefidus, laciniis obovatis ſcarioſis obtuſis cum tribus mucronibus, quæ in *frut.* ovato-acuminatæ. *Cor.* planiuſcula glabra.

ORIGANUM (*Majorana*) foliis ovalibus obtuſis, ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus. *Linn. ſp.* 825. *Roy. lugdb.* 324. *n.* 2.
Majorana vulgaris. *Bauh. pin.* 224. *Lob. icon.* 498.
Marou incolis. ſive Abſinthium indicum latifolium, flore luteo. D. *Outgaerden*, quod Coromandeli collectum. cujus *caulis* ſemipedalis, *foliis* ovalibus villoſis
β Majorana tenuifolia. *Bauh. pin.* 224.
Majorana hortenſis odorata perennis. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 359.
Thymus ſilveſtris repens. D. *Kleinhof*, quæ præcedenti tenuior.
Habitat in India.

Tab. 38. *f.* 3. ORIGANUM (*benghalenſe*) foliis ovatis dentatis, ſpicis imbricatis lanuginoſis, bracteis ovatis.
Ocymum Benghalenſe. *Garcin. herb.*
Habitat in Benghala.

Caul. quadrangularis purpuraſcens glaber. *Fol.* ovata ad baſin integerrima coarctata, lateribus inæqualiter dentata glabra acuminata. *ſpicæ* oppoſitæ pedunculatæ. *bracteæ* imbricatæ ovatæ, *pilis* albicantibus lanuginoſæ. *Flores* minimi.

THY-

THYMUS (*indicus*) repens, caulibus erectis, ſpicis verticillato-interruptis.
Nila-nagel. herba odorata, flore ſpicato. D. *Outgaerden.*
Habitat Coromandeli.

OCIMUM (*fruteſcens*) racemis ſecundis lateralibus, caule erecto. *Linn. ſp.* 832. *Fl. zeyl.* 228. *Roy. lugdb.* 322. *n.* 1.
Ocymum zeylanicum perenne fruteſcens, folio calaminthæ non nihil ſimili. *Herm. par. bat.* 358.
Ocymum maximum perenne utriuſque Indiæ, foliis Atriplicis ingrati odoris. *Plukn. alm.* 268. *t.* 308. *f.* 4.
Cottam. *Rheed. mal.* 10. *p.* 153. *t.* 77.
Habitat in India.

OCIMUM (*gratiſſimum*) racemis terminalibus, bracteis caducis, foliis lanceolato-ovatis, caule ſuffruticoſo. *Linn. ſp.* 832.
Ocymum zeylanicum perenne odoratiſſimum latifolium. *Burm. zeyl.* 174. *t.* 80. *f.* 1.
Majorana rubra. *Rumph. amb.* 5. *p.* 291. *t.* 101.
Kattu-tritava. *Rheed. mal.* 10. *p.* 171. *t.* 86.
Habitat in Aſia.

Ocymum (*Baſilicum*) foliis ovatis glabris, calycibus ciliatis. *Linn. ſp.* 833. *Roy. lugdb.* 322. *n.* 2.
Ocymum caryophyllatum majus. *Bauh. pin.* 226. *Cam. ep.* 308.
Baſilicum indicum hortenſe. *Rumph. amb.* 5. *p.* 263. *t.* 92. *f.* 1.
Sulaſſi-puti. Javanis.
Habitat in India.

OCYMUM (*minimum*) foliis ovatis integerrimis. *Linn. ſp.* 833. *Roy. lugdb.* 322. *n.* 1.
Ocymum minimum. *Bauh. pin.* 226. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 407. *ſ.* 11. *t.* 10. *f.* 17.
Ocymum citratum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 266. *t.* 93. *f.* 1.
Baſilicum indicum minus. D. *Kleinhof.*
Habitat in India.

OCYMUM (*tenuiflorum*) foliis ovato-oblongis ſerratis, bracteis cordatis reflexis concavis, ſpicis filiformibus. *Linn. ſp.* 833. ubi deſcr.
Ocymum maderaſpatanum fruteſcens gratiſſimi odoris, flore parvo, caulibus villoſis. *Plukn. alm.* 268. *t.* 208. *f.* 4.
Baſilicum agreſte. *Rumph. amb.* 5. *p.* 265. *t.* 92. *f.* 2.
Bajang-Baly. Javanis.
Habitat in India.

OCYMUM (*menthoides*) foliis lineari-lanceolatis ſerratis. *Linn. ſp.* 834. *Fl. zeyl.* 229.
Mentha zeylanica ſpicata puſilla, anguſtiſſimo folio dentato. *Burm. zeyl.* 158. *t.* 70. *f.* 2.

14

Mentha zeylanica, anguſtiſſimo folio dentato. *Ray. app.* 284.
Mentha criſpa. *Rumph. amb.* 5. *p.* 267. *t.* 93. *f.* 2.
Veronica zeylanica minima, flore rubello. *Hartogh. herb.*
Ocymum odoratiſſimum indicum, foliis anguſtioribus conjugatis. *D. Pryon.*
Habitat in Zeylona & Java.

OCYMUM (*ſcutellaroides*) foliis lanceolato-ovatis ſerratis, racemis verticillatis. *Linn. ſp.* 834. ubi deſcr.
Ocymum latifolium maculatum vel criſpum. *Plukn. alm.* 268.
Majana aurea. *Rumph. amb.* 5. *p.* 296. *t.* 102. *f.* 3.
Lamium folio variegato ex luteo & cæruleo, majana javanis. *D. Kleinhof.* qui notat, colitur in hortis ob foliorum colorem variegatum ex luteo in rubrum & purpureum.
Habitat in Amboina.

OCYMUM (*inodorum*) foliis ovalibus denticulatis, racemis paniculatis.
Ocymum zeylanicum annuum inodorum. *Burm. zeyl.* 175. *t.* 80. *f.* 2.
Sulaſſi puti-utan Javanis. Menthaſtrum ſeu ſcorodonia. *D. Pryon.*
Habitat in India.

Caul. glabri. *Fol.* petiolata ovalia. *bract.* minimæ. *Panicula* verticillata, floſculis tribus ex uno centro pedunculatis. *cal.* bilabiatus monophyllus, labio ſuperiore plano cordato latiore reflexo, inferiore quadridentato acuto connivente, *ſemina* quatuor ovata. *Var.* adeſt foliis duplo majoribus cordatis.

SCUTELLARIA (*indica*) foliis ſubovatis obtuſis crenatis petiolatis, racemis nudiuſculis. *Linn. ſp.* 836.
Serratula amara. *Rumph. amb.* 5. *p.* 459. *t.* 170. *f.* 1.
Scutellaria ſinica, betonicæ folio, floribus albis. *Plukn. amalth.* 190. *t.* 441. *f.* 1.
Habitat in Amboina & China.

SCUTELLARIA? (*japonica*) foliis ovatis ſerratis acuminatis petiolatis, racemis nudiuſculis verticillato-ſpicatis
Scorodoniæ affinis ſinica, floribus ex albo-purpuraſcentibus, ſpica florum compactiore. *Plukn. amalth.* 188. *t.* 441. *f.* 2.
Herba Japonica, floribus verticillatis. D. *Kleinhof.*
Habitat in Japonia, Java.

Javanicæ *caulis* procumbens, qui in *Plukn.* fig. erectus lævis. *Fol.* ovata ſerrata acuta petiolata glabra nitida. *Racemi* terminales, *geniculis* binis ſuperioribus ex alis verticillis approximatis ſpicati. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* cærulea minina, accuratiori examine hanc ad *Teucrii* genus referendam puto.

PRUNELLA (*indica*) foliis oblongis ſuperne crenatis, ſpicis capitatis, bracteis ciliatis.
Brunella javanica. D. *Kleinhof.*

Differt a citatis *Cl. Linn.* figuris, *foliis* ſubuncinatis inſtar *verbenæ nodifloræ* petiolatis, *pedunculi* terminales, axillares & foliis oppoſiti. *ſpicæ* capitatæ, calycibus villoſis. Alteram quoque ex Java accepimus vix a vulgari diverſam niſi magnitudine minori.

RHI-



1. **RHINANTHUS** *indica*.
2. **ANTIRRHINUM** *papilionaceum*
3. **STERIS** *aquatica*.
4. **BASELLA** *japonica*.
5. **GMELINA** *indica*.

RHINANTHUS (*indica*) foliis ſublanceolatis piloſis integerrimis. *Linn. ſp.* 841. *Fl. zeyl.* 238. *Tab.* 39. *f.* 1.
Hyſſopus paluſtris repens tenellus, odore thymi. *Burm. zeyl.* 123.
Hyſſopus wela kola dictus. *Grimm. laborat. zeyl.* 129.
Hyſſopus zeylonenſis elegans tenellus, ſapore & odore thymi. *Herm. herb.* & *Muſ. zeyl.* 47.
β Veronicæ adfinis indica tenuifolia, floſculis e cauliculis barbatis, ſummo caule fere umbellatis. *Plukn. phyt.* 384. *t.* 114. *f.* 2.
Habitat in Zeylona.

GERARDIA (*delphinifolia*) foliis linearibus pinnatifidis, caule ſubramoſo. *Linn. ſp.* 848. *Amoen. acad.* 4. *p.* 318.
Habitat in India.

GERARDIA (*glutinoſa*) foliis ovatis ſerratis, bracteis linearibus hiſpidis. *Linn. ſp.* 849. ubi deſcr. *Osb. it. t.* 9.
Habitat in China.

ANTIRRHINUM (*papilionaceum*) corollis ecaudatis, floribus axillaribus, calycum foliolo ſupremo majori, foliis carnoſis. *Linn. dictum.* *Tab.* 39. *f.* 2.
Aſarina perſica nummulariæ facie. *Garzin. herb.*
Habitat in Perſia.

Folia alterna ſparſa breviter petiolata obovata carnoſa integerrima, magnitudine origani. *Flores* axillares ſolitarii breviſſime pedunculati, magnitudine foliorum. *Cal.* pentaphyllus foliolo ſupremo duplo majori cordato, longitudine fere floris, reliquis lanceolatis brevioribus. *Corolla* ecaudata, labio ſuperiore bifido, marginibus lateralibus reflexis, labio inferiore latiore trifido æquali. *ſtamina* didynamia duo. Differt a reliquis peculiari calyce, cujus folium ſupremum tegit corollæ latus ſuperius uti vexillum, reliquis quatuor brevioribus, lateribus corollæ incumbentibus, ut in flore papilionaceo.

TORENIA (*aſiatica*) *Linn. ſp.* 862. *Amoen. acad.* 3. *p.* 25. *Osb. it.* 210.
Euphraſiæ affinis puſilla planta. *Plukn. amalth.* 85. *t.* 373. *f.* 2.
Aſarinæ foliis & facie capſula bivalvi lignoſa. *Plukn. amalth.* 19. *t.* 360. *f.* 3.
Kaka-pu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 103. *t.* 53.
Habitat in India.

BIGNONIA (*Catalpa*) foliis ſimplicibus cordatis ternis, caule erecto, floribus diandris. *Linn. ſp.* 868. *Jacq. amer.* 25. *Brown. jam.* 264. *Roy. lugdb.* 289. *n.* 1.
Bignonia arbor, tubo ſingulari undulato, ſiliquis longiſſimis & anguſtiſſimis. *Plum. ſp.* 5. *ic.* 57. *Duham. arb.* 1. *p.* 104. *t.* 41. *Catesb. car.* 1. *p.* 49. *t.* 49.
Kawara Triſagi. *Kæmpf. jap.* 841. *t.* 842.
Cumbulu. *Rheed mal.* 1. *p.* 75. *t.* 41.
Habitat in utriſque Indiis.

BIGNONIA (*indica*) foliis bipinnatis, foliolis integris ſubcordatis acutis. *Linn. ſp.* 871. *Fl. zeyl.* 236.
Bignonia arbor indica, foliis cordiformibus. *Tourn. inſt.* 165.

Clematis arborea malabarica maxima, juglandis folio, pinnis rotundioribus, flore albicante ampliſſimo, ſiliqua compreſſa lata. *Breyn prod.* 54.
Arbor ſiliquoſa malabarica, cordato folio, fructu maximo oblongo plano. *Raj. hiſt.* 1741.
Palega pajanelli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 77. *t.* 43.
Boenglo Javanis.
Habitat in India.

CRESCENTIA (*ovata*) foliis ovatis integerrimis, apice acuminatis.
Habitat in Java.

Folia in hac ſpecie perfecte ovata nec attenuata, ut in *Creſcentia cujete.*

GMELINA (*coromandelica*) ſpinis oppoſitis conjugatis erectiuſculis.
Rhamnus foliis buxeis minimis confertim naſcentibus, ſpinis longis armata. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *p.* 100. *t.* 207. *f.* 1.
Lycium maderaſpatanum indici alpino putati æmulum foliis minoribus, bijugis & grandioribus aculeis horridum. *Plukn. phyt.* 234. *t.* 97. *f.* 2.
Care Coromandeli incolis.
Habitat in India utraque.

Ramuli noſtri *folia* ſunt bina oppoſita nec plura, ut in figuris depingitur.

GMELINA (*indica*) ſpinis alternis, foliis longioribus.
Doery Roekan Javanis.
Habitat in Java.

Caul. flexuoſus, *Fol.* ſolitaria breviſſimis petiolis, cordata crenata obtuſiuſcula. *Spinæ* foliis longiores ſæpe axillares vel infra folium ſimpliciſſimæ.

GMELINA (*aſiatica*) ſpinis oppoſitis horizontalibus. *Linn. ſp.* 873. *Fl. zeyl.* 230.
Michelia ſpinoſa, floribus luteis. *Amm. act. petrop.* 8. *p.* 218. *t.* 18.
Prunus indica ſylveſtris, fructu flavo pyriformi. *Burm. zeyl.* 197.
Lycium maderaſpatanum indici alpino putati æmulum, foliis majoribus bijugis & grandioribus aculeis horridum. *Plukn. alm.* 234. *t.* 305. *f.* 3.
Doery Radak Javanis. D. *Kleinhof.*
Habitat in India.

In noſtro ſpecimine nulla foliola binis oppoſitis majoribus junguntur quæ in figure *Plukn.* depicta ſunt.

Tab. 41. *f.* 1. CORNUTIA (*corymboſa*) foliis ovatis, corymbis terminalibus.
Cornutioides. *Linn. Fl. zeyl.* 195. ubi deſcr.
Sambucus zeylanica odorata aromatica. *Herm. herb. Burm. zeyl.* 209.
Habitat in Zeylona.

In *Herm.* herbario notatur: hujus radicis cortex oleum præbet aromaticum, & odoratu ſuaviſſimum, efficaciſſimum remedium in ventriculi imbecillitate, dolore & vomitu.

CA-



1. CORNUTIA *corymboſa*.
2. RUELLIA *repens*.
3. ——— *erecta*.



1. CORNUTIA corymboſa.
2. RUELLIA repens.
3. ——— erecta.

CAPRARIA (*uniflora*) foliis oppoſitis cordatis, floribus ſolitariis. *Tab.* 19. *f.* 3.
Alſine repens, folio conjugato ſerrato. ſub quo nomine ex java mittitur.
β Alſine affinis foliis & floribus oppoſitis, quæ tantum differt, quod flores ſint terminales.

CAPRARIA (*cruſtacea*) repens, foliis oppoſitis ovatis ſuppetiolatis crenatis.
Caranaſci minus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 491. *t.* 170. *f.* 3.
Habitat in China & Amboina.

Simillima *Caprariæ gratioloidi*, ſed folia magis ovata & omnino petiolata, calyciſque foliola latiora.

BUCHNERA (*aſiatica*) foliis integerrimis alternis, calycibus ſcabris. *Linn ſp.* 879. ubi deſcr.
Habitat in Zeylona & China.

OROBANCHE (*Æginetia*) caule unifloro, flore ſubſpathaceo. *Linn. ſp.* 883. ubi deſcr.
Aphyllos indica, flore dipetalo difformi, campanam emittente. *Raj. tom.* 3. *p.* 404.
Tſiam-cumulu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 97. *t.* 47.
Habitat in Malabaria.

DODARTIA (*indica*) foliis ovatis ſerratis villoſis. *Linn. ſp.* 883. ubi deſcr.
Habitat in India.

SESAMUM (*orientale*) foliis ovato-oblongis integris. *Linn. ſp.* 883. ubi deſcr. *Fl. zeyl.* 237. *Roy. lugdb.* 292. *n.* 1.
Seſamum veterum. *Bauh. pin.* 27. *Moris. hiſt.* 2. *p.* 282. *ſ.* 5. *t.* 15. *f.* 3. *Riv. mon. t.* 20.
Digitalis orientalis, ſeſamum dicta. *Burm. zeyl.* 87. *t.* 38. *f.* 1.
Schit-elu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 105. *t.* 54.
Widjor Javanis.
Habitat in Zeylona, Malabara.

SESAMUM (*indicum*) foliis inferioribus trifidis. *Linn. ſp.* 884. *Roy. lugdb.* 292. *n.* 2.
Seſamum indicum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 204. *t.* 76. *f.* 1.
Seſamum alterum foliis trifidis orientale, ſemine obſcuro. *Plukn. alm.* 344. *t.* 109. *f.* 4.
Habitat in India.

SESAMUM (*javanicum*) foliis lanceolatis dentatis ſeſſilibus.
Bahel-Tsjulli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 2. *t.* 87.
Digitali affinis indica Blattariæ folio, flore rubicundo. *Commelin.* in notis ibidem.

Planta paluſtris flore cæruleſcente. Patjar ayer. Javanis. D. *Kleinhof.*
Habitat in India.

Caul. angulatus ſulcatus. *Fol.* lanceolata ſeſſilia ſubtomentoſa. *Floreſc:* ſpicata, *pedicellis* brevibus. *Cal.* quinque partitus, foliolis-ovato oblongis æqualibus perſiſtentibus. *Cor.* monopetala tubuloſa campanulata, limbo erecto-quadrifido, lobis ſuperioribus latioribus *ſtam filam.* quatuor fauci corollæ inſerta adſcendentia, corolla breviora, *antb.* compreſſæ bilobæ; *glandulæ* duæ ad baſin filamentorum ſuperiorum. *Piſt. germ.* ovatum. *ſtyl.* filiformis longitudine ſtaminum, *ſtigma* bilobum compreſſum. *Per. capſula* globoſa acuminata tetragona compreſſa quadrilocularis. *ſem.* minima rotunda.

Tab. 40. *f.* 1. RUELLIA (*tentaculata*) foliis obovatis, verticillis obvallatis, ſpinis inermibus bifurcatis. *Linn. ſp.* 886.
Ruellia ſurattenſis. *Garzin. herb.*
Euphraſia Acinos latiore folio maderaſpatana, cauliculis pubeſcentibus. *Plukn. alm.* 142. *t.* 279. *f.* 7.
Habitat in India.

RUELLIA (*criſpa*) foliis ſubcrenatis lanceolato-ovatis, capitulis ovatis folioſis hiſpidis. *Linn. ſp.* 886. ubi deſcr. *Osb. it.* 240.
Adhatoda luzanenſis, ſpica plana. *Petiv. gazoph.* 73. *f.* 6.
Habitat in India.

Tab. 40. *f.* 2. RUELLIA (*repanda*) foliis lanceolatis obtuſe-dentatis petiolatis, caule repente. *Linn. ſp.* ubi deſcr.
Prunella molucca anguſtifolia. *Rumph. amb.* 6. *p.* 30. *t.* 13. *litt. B.* ubi ſimplex ejus folium.
Bajau China malaice; Dinding andaun Padjingh javanice.
Habitat in Java & Amboina.

RUELLIA (*ringens*) foliis oblongis integerrimis, floribus ſolitariis ſeſſilibus, caule procumbente. *Linn. ſp.* 886. *Fl. zeyl.* 234. *Osb. it.* 229.
Bicapſularis indica ſolani foliis & flore, convolvuli inſtar repens. *Raj. hiſt.* *t.* 3. *p.* 549.
Lychnis articulata repens, folio vincæ pervincæ. *Burm. zeyl.* 144.
Upudali. *Rheed. mal.* 9. *p.* 125. *t.* 64.
Habitat in India.

RUELLIA (*antipoda*) foliis mucronato-ſerratis, caule repente, floribus ſubſpicatis terminalibus quinis terniſve. *Linn. ſp.* 886.
Alſine veronicæ facie, pediculis uncialibus. *Burm. zeyl.* 13.
Alſine repens, folio conjugato, flore albo. *D. Pryon.*
Gentianella utriuſque Indiæ impatiens, folioagerati. *Plukn. alm.* 167. *t.* 186. *f.* 2.
Cruſta ollæ parva. *Rumph. amb.* 5. *p.* 460. *t.* 170. *f.* 3.
Katu-pee-tjanga-piiſpam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 113. *t.* 58.
Habitat in pleriſque Indiæ locis.

Javanica cum *Rheed.* fig. convenit, & in quibusdam ſpeciminibus occurrit, foliis ad axillas ſolitariis, terminalibus binis.

RUEL-



1. **RUELLIA** *tentaculata.*
2. ——— *repanda.*



1. *RUELLIA tentaculata.*
2. ——— *repanda.*



1 . RUELLIA *persica* .
2 . ACANTHUS *ciliaris* .



1. RUELLIA *persica*.
2. ACANTHUS *ciliaris*.

RUELLIA (*Anagallis*) foliis lanceolatis ſerratis, caule procumbente, floribus axillaribus ſolitariis.
Anagallis javanica. *D. Kleinhof.*
Cruſta ollæ major, caranaſci dicta. *Rumph. amb.* 5. *p.* 460. *t.* 170. *f.* 2.
Habitat in Java & Amboina.

Præcedenti major, differt floribus ſolitariis axillaribus, quod aliquando in floribus antipodæ obſervatur.

RUELLIA (*alternata*) foliis oblongo-cordatis crenatis petiolatis, ſpicis alternis folioſis, bracteis crenatis.
Prunella molucca ſylveſtris alba & rubra. *Rumph. amb.* 6. *p.* 31. *t.* 13. *f.* 2, 3.
Pee-tsjanga-puispam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 115. *t.* 59.
Dinding Ary malaice Javanis.
Habitat in Java.

RUELLIA (*repens*) foliis lanceolatis integerrimis, floribus ſeſſilibus, bracteis petiolatis, caule repente. *Tab.* 41. *f.* 1.
Planta folio ſilagoeri, fructu ſpicato, D. *Kleinhof.*
Habitat in Java.

RUELLIA (*erecta*) foliis ovalibus integerrimis, floribus axillaribus ſeſſilibus, caule erectiuſculo. *Tab.* 41. *f.* 3.
β Katulio vitsna-elandi. *Rheed. mal.* 9. *p.* 119. *t.* 61. quæ foliis alternis.
Habitat in India.

Variat a præcedenti: *caule* erecto rigidiuſculo: *foliis* brevioribus obtuſis, *floribus* pluribus ſubſeſſilibus, *piſtillo* elongato perſiſtente.

RUELLIA (*perſica*) foliis lanceolatis dentatis ſpinuloſis, floribus oppoſitis. *Tab.* 42. *f.* 1.
Acanthus perſicus. *Garzin. herb.*
Habitat in Perſia.

